teris reperio ſermoni Dei *a*, fidei *b*, veritati *c*, juſtitiæ *d*, orationi *e*, labori *f*, hoc eſt paſſioni Chriſti, Eleemoſynæ *g*, auxilio fraterno *h*: poſtremò mille Clypei pendent ex turri *i*, ſive ex collo ſponſæ, quod comparatur cum turre. Salomon haſtas ducentas fecit, ſed ſcuta trecenta *k*, quia promptiores nos ad patiendum oportet eſſe, quàm ad vindicandum. Validiora hæc arma *ſcutis fulſilibus leviathan l*, & ad omnia inimici ignea tela extinguenda valent *m*: immò ad comburenda ſcuta ipſa ejus igni *n*. Moſis ultima verba fuerunt ſub mortem *o*: *Beatus es tu Iſrael: quis ſimilis tui popule, qui ſalvaris in Domino? ſcutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.* Eodem nomine appellans David *p* Deum, ait: *Deus fortis meus, ſperabo in eum: ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ. Vana ſalus hominis q*: ſuperſtitioſa Romanorum ancila.

a Pr. 30. 5. b Eph. 6. 16 c Pſal. 90. 4 d Sap. 5. 20 e ib. c. 18. 21 f Thren. 3. 61 g Eccl. 29. 18 h cap. 37. 5 i Cant. 4. 4 k 2. Par. 9. 15 l Job. 41. 6 m Eph. ubi ſ. 16 n Pſ. 45. 10. o Deut. 33. 29. p 2 Reg. 22. 3 q Pſ. 59. 13

Bonæ voluntatis tuæ.] Pronomen, *tua*, nec eſt in Hebraicis & Græcis, nec eſt in manuſcriptis; nec in multis impreſſis libris Latinis. Rectè tamen in emendatis retentum eſt. Hieronymus, ut priùs monui, *Placabilitatis*, & alii: *Bona voluntas*, Græcè, εὐδοκία, Hebraicè רצון *ratſon*, abſque pronomine ſecundæ perſonæ. Theodoretus ait in Scripturis εὐδοκίαν ſignificare *bonam Dei voluntatem*, qua bene vult, & facit. De voce Græca egi pluribus exponens epiſtolas Petri: differit diligenter Barradius noſter *r*. In Cantico canticorum *ſ* quod eſt Latinè: *Pulchra es amica mea, ſuavis, & decora, ſicut Jeruſalem*, legimus Græcè: Καλὴ εἶ ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία, ὡραία ὡς Ἱερουσαλήμ: *Pulchra es amica, ſeu propinqua, mea, ut beneplacitum, decora ſicut Jeruſalem*, Hebraicè pro ὡς εὐδοκία כתרצה *chethirtſah*. Hoc nomen תרצה *tirthſah* quidam *t* proprium putant ſedis regnum Samar. Therſa, de cujus amœnitate in hiſtoria Regum *u*. At ætate Salomonis non adeò celebris erat, ut jungi debuerit in collatione cum Jeruſalem, nec in dicta hiſtoria celebratur admodum amœnitas ejus. Aquila ibidem vertit κατ᾽ εὐδοκίαν, *ſecundùm beneplacitum*. Symmachus εὐδοκητή *beneplacens*. Quinta editio, Ἐὼς εὐδοκῶ, aut *quamdiu approbo*. Senſus interpres noſter aſſecutus eſt, quaſi dicas, juxta Hebræum textum, pulchra, ut ſuavitas ipſa: vel pulchritudo tua, gratia ipſa gratioſior, ſuavior ſuavitate. Quod autem ſuave, idem etiam acceptum eſt atque gratioſum.

Nominis εὐδοκίας ſignificatio. r Tom. 1. Concor. l. 8. c. 19 ſ cap. 6. 3 Nominis *thirtſah* pro prium. t Rabini & aliqui recentiores & lexicographi. u 2. Reg. 14 17. cap. 15. 21 c. 16. 6 Verſiones variæ.

Genebrardus *x* refert Rabbi Salomonem interpretatum appellativè pro *beneplacitos*: & ſenſum eſſe, quòd ſynagoga beneplacita ſit Deo, bene illi voluerit Deus, benefecerit, dilexerit, ita ut pulchritudinis ejus hæc cauſſa ſit. Multo meliùs id convenit Eccleſiæ, de qua verbis Dei Iſaias *y*, *Non vocaberis ultra derelicta, ſed vocaberis voluntas mea.*

Genebrard. x In cant. c. 6 y Iſa. 62. 4.

Coronaſti nos.] Hieronymus & alii, *Coronabis eum.* Aquila etiam Στεφανώσεις. Facilis fuit diſcrepantia verſionum, propter punctulum daghes, quod ſi abſit à verbo תעטרנו *thahhterenu*: in littera (nun) erit, *coronabit nos*, *thahhterenu*: ſi inſigatur, erit, *coronabis eum*, *thahhterenu*: tempus autem pro tempore ſæpius ponitur, futurum pro præterito, &c. Hieronymus quoque lectionem iſtam ſequitur non ſolum in commentario, ſed & alibi *z*: Refert Faber, in aliquibus Hebræis codicibus expreſſum pronomen primæ perſonæ. Ad ſenſum nihil intereſt. Si dicas: coronaſti eum, vel coronabis, referes ad juſtum, cui verſu priore dictum fuerat benedicendum eſſe, ſicut & in alio Pſalmo *a*, de eodem, ſive de primo Juſtorum Chriſto dicitur: *Gloria, & honore coronaſti eum*, &c. Quamquam *coronare* hoc loco ſumi poteſt, ut dixi, pro vallare, circumdare, cingere, munire &c. Hoc pacto ſcriptum eſt *b*, quod Saul & viri ejus in modum coronæ cingebant David, & viros ejus, ut caperent eos. Quo forſan hic voluit David alludere, dicereque Dominum ſibi pro ſcuto ſuo & vallo; ſicut & alibi *c* cecinit eumdem immittere Angelum Domini *in circuitu timentium eum*, ut eripiat: quod & Eliſæus *d* expertus eſt. *Coronat Deus miſericordia, & miſerationibus e*: at nonumquam *coronans coronat tribulatione f*.

Diſcrepantia verſionum ob punctulum. z in c. 21. & 51. Iſaiæ. a Pſal. 8. 6 *coronare* pro vallare, circumdare, munire, &c. b 1. Reg. 23 26. c Pſal. 33. 8 d 4. Reg. 6 16. 17 e Pſal. 102. 4 f Iſa. 22. 18

PSALMUS SEXTUS.

1 In finem in carminibus, Pſalmus David, pro octava.

2 DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

3 Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine; quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

4 Et anima mea turbata eſt valdè: ſed tu Domine uſquequò?

5 Convertere Domine, & eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

6 Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

7 Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

8 Turbatus eſt à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

9 Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

10 Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam ſuſcepit.

11 Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur & erubeſcant valdè velociter.

DE PSALMIS SEPTEM Pœnitentialibus.

QUUM PSALMUS hic inter Pœnitentiales primus conſtituatur, qui vulgo nunc noti ſunt, & ſeptenario numero comprehenſi: nonnihil priùs de illis universè dicendum videtur: præſertim quum tituli, de Pœnitentia nihil indicent, ſicut qui vocantur Graduales numero quindecim à CXIX. deinceps, hoc ipſum in Titulis ſuis gerunt.

Tituli Pſalmorum pœnitentialiũ, de pœnitentia nihil indicant.

Poſſidius deſcribens Auguſtini vitam *g*, tradit, eum in ultima ægritudine Pſalmos Davidicos, qui ſunt pauciſſimi de Pœnitentia, juſſiſſe ſibi ſcribi, ipſoſque quaterniones jacentem in lecto contra parietem poſitos, diebus, quibus ægrotavit, intuitum fuiſſe, ac legiſſe, jugiter, & ubertim flendo. Quinam illi fuerint, non exprimit nec facile eſt intelligere, quo pacto ſeptem toti Pſalmi; qui modo vocantur Pœnitentiales, contra parietem ſic ponerentur; ut ſimul percurri oculis, & lectione à decumbente poſſent. Nomen quaternionum facit, ut opera cujuſdam alterius exiſtimem, perlecto uno vel altero ab Auguſtino, evolutum librum eſſe, ut legere commodè alium valeret.

g cap. ultim. Auguſtini decumbentis lectio Pſalmorum pœnitentialium, & ad parietem poſitorum.

Gregorius Magnus re ipſa deſignavit vulgo receptos ſeptem, dum Commentariis illos expoſuit: quod recentioribus omiſſis, fecit poſtea Innocentius Papa III. diſſerens in Prœmio de numeri Septenarii cauſſis, cujus myſteria multa perſequitur. In Concilio Nannerenſi *h*, quod aliquot centuriis ætatem Innocentii præceſſiſſe creditur, licèt non exactè quo tempore, celebratum ſit, ſciatur, decernitur ut Sacerdos viſitans infirmum, cantet ſeptem Pſalmos cum precibus pro infirmis.

Deſignatio vulgo receptorum ſeptem pœnitentialium à Gregorio Magno. Numeri ſeptenarii cauſſæ & myſteria. h cap. 4. Mos cantandi eos viſitando infirmos.

Caſſiodorus, longè Innocentio vetuſtior, enumeravit ſeptem Pſalmos, Iſtum, XXXI, XXXVII, L, CI, CXXIX, CXLII. in ordine Romano quum agitur de quarta Feria Quadrageſimæ quæ eſt in capite jejunii, mentio ſit de iis ipſis Pſalmis, exprimendo, initia ipſorum qui pœnitenti reci-

Caſſiodori & aliorum enumeratio ſeptem Pſalmorum pœnitentialium.

recitandi præcipiebantur. Meminit quoque non ſemel eorumdem ſub nomine pœnitentialium Radulphus Tungrenſis *a*, ut taceam de ceteris.

Non dubium quin aliis in Pſalmis præter iſtos mentio fiat, nec minùs quidem clarè, de Pœnitentia. Sed hi verſantur in eo argumento potiſſimùm, ipſeque numerus continet myſterium, de quo idem Innocentius, & Abulenſis *b* copioſè.

a De Cano. obſerv. prop. 9. 15. 21. Etiam alii Pſalmi mẽtionem faciunt de pœnitentia. Numeri ſeptenarii myſterium. b in c. 13. Gen. q. 606.

Comparat Innocentius delectum iſtum ſeptem Pſalmorum quum delectis inter alia plura quatuor Evangeliis. Ex multis cauſſis, quas idem affert, & Abulenſis, illæ magis ad rem, de ſeptem peccatis capitalibus, deſignatis per Gentes totidem ejectas ab Hebræis: de ſeptem ſpiritibus nequam, & Dæmonii, quæ de Magdalena ejecit Chriſtus: de pœna ſeptupli & LXXVII. numero comprehenſa: de dimittendis peccatis ſepties, & ſeptuagies ſepties: de diebus hebdomadæ, hebdomadibus dierum ſeptem, ſeptemque annorum hebdomadibus (in harum Septuageſima venit Chriſtus) quibus quies, remiſſio, Jubilæus denotatur, quum totidem buccinis ejuſdem Jubilæi: de ſeptem columnis, quas in ſua domo excidit Sapientia: de ſeptem lucernis in candelabro aureo: de ſeptem ſpicis ſterilibus, & totidem vaccis pinguibus: quia pœnitentia recuperantur amiſſa bona: de ſeptem donis Spiritus Sancti, quæ redeunt per pœnitentiam: de ſeptem Eccleſiis, quibus indicitur pœnitentia: de ſeptem petitionibus orationis Dominicæ, per quas arcentur peccata, & pœnitentia procuratur: de ſeptem Spiritibus præcipuis Deo aſſiſtentibus, miniſtris divinæ providentiæ. Denique numerus hic univerſitatem deſignat, ut alibi demonſtravi.

Delectus iſtius ſeptem Pſalmorum comparatio.

Caſſiodori propria ratio eſt, quoniam, ut ipſe loquitur, Majores noſtri ſeptem modis peccata nobis poſſe dimitti dixerunt, baptiſmo, martyrio, eleemoſyna; condonando aliis, quæ peccarunt in nos: converti faciendo peccatorem ab errore viæ ſuæ; denique per pœnitentiam: addit communicationem corporis & ſanguinis Chriſti, quum tamen dignè ſuſcipitur. Ait & alios fortaſſe modos inveniri remiſſionum, quia numerum ſupplicationis noſtræ indulgentia divina tranſcendit.

Caſſiodori ratio.

B. Thomas de numero mentionem faciens, ac rationem dans, dona Spiritus Sancti, per quem quis pœnitet, obſervat terminari omnia in lætitiam, quia per planctum pœnitentiæ pervenitur ad regnum gloriæ, & qui lugent, conſolabuntur. Accidit, quòd veluti per ſeptem gradus in hac pœnitentiæ ſcala, quæ terræ affixa eſt, ob afflictionem corporis, ad Deum pervenitur, qui gradus ordine quodam Pſalmis iſtis diſtinctè comprehenduntur. Primus gradus, ſeu affectus pœnitentiæ eſt, Timor pœnæ, qui primus exprimitur verbis hujus primi pœnitentialis Pſalmi; Secundus Confeſſio culpæ in ſecundo; *Dixi Confitebor*, &c. Tertius; ſpes veniæ in tertio; *Quoniam in te ſperavi Domine, tu exaudies me Domine Deus meus.* Quartus, odium turpitudinis peccati, in quarto; *Amplius lava; Abſterges me; Cor mundum crea.* Quintus; Amor patriæ cœleſtis, in quinto; *Quoniam ædificabit Dominus Sion, & videbitur in gloria ſua; Ut annuntient in Sion nomen Domini, & laudem ejus*, &c. Sextus; Diffidentia propriæ virtutis, & fiducia miſericordiæ Dei, in ſexto; *Si iniquitates obſervaveris Domine: Quia apud te propitiatio eſt; A cuſtodia matutina*, &c. Septimus. Deſiderium melioris vitæ, in ſeptimo; *Notam fac mihi viam, in qua ambulem; Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, Spiritus tuus bonus deducet me*, &c. Quamquam non unicus uno in Pſalmo, ſed varii miſcentur affectus.

B. Thomæ. Gradus ſeptem in hac pœnitentiæ ſcala his ſeptem Pſalmis diſtinctè comprehenſi.

Ceterùm pœnitentiæ Davidem exemplum exactum eſſe (quo eum etiam vocat nomine Cyrillus Jeroſolymitanus *c*, & alii) oſtendit Gregorius in Prœmio in Pſalmos pœnitentiales, & Ambroſius in Exordio Apologiæ Davidis; etenim una nominis David notio, *Manu fortis*. Pœnitenti neceſſaria fortitudo adverſus peccata, & eorum occaſiones; Pſalterii forma triangularis, fidem Trinitatis; Chordæ decem, Decalogi obſervationem; Percuſſio in inferiore parte, mortificationem carnis denotat. Tandem poſt pœnitentiam gratior extitit Deo: & Chriſtus dignatus eſt non ſolùm ex ejus familia eſſe, ſed nomine ipſo David appellari. Non apud certos ſatis auctores legi Davidem in colle montis Sion, qui diceretur Gabaon, ubi collocaſſet tabernaculum cum area, ſeptem Pſalmos iſtos pœnitentiales pro adulterio, & cæde Uriæ flebiliter compoſuiſſe ac recitaſſe.

David pœnitentiæ exemplum exactum. c Catech. 2. David ubi dicatur ſeptem Pſalmos pœnitentiales compoſuiſſe & cur.

Refellit Abulenſis opinionem recitatam à quodam Gervaſio in libro de Otiis Imperialibus Deciſione prima, ſeptem dumtaxat horas in Paradiſo Adamum habitaſſe, hacque de cauſſa Pſalmos pœnitentiales eſſe ſeptem. Nam quidquid ſit de re ipſa, de qua egimus alibi, qui baptizati ſunt (idemque erat de circumciſis) non petunt veniam de peccato ex Adam contracto, quod remiſſum eſt; qui non ſunt baptizati, quamvis petere poſſint de illo, non tamen de peccato, quo ipſemet Adam peccavit; poſt emò, manſiſſe in paradiſo, non eſt malum; ac propterea in Pſalmis pœnitentialibus non habenda ratio ad illud tempus.

Opinio cujuſdam Gervaſii ab Abulenſi refutata, de ſeptem horis quas Adamus habitavit in Paradiſo.

Solemne tempore præſertim Petri Damiani *d* fuit, Canonicas pœnitentias redimere Pſalmos recitando, aut etiam inter recitandum ſeſe flagellando. Meminit etiam *e* Burcardus. Conſtat quoque cum Miſſis Pſalteria etiam recitata pro Ludovico rege, decreto Concilii Moguntiaci anno Chriſti 1347. Lege Toletum Serm. 1. in Pſalmum XXXI. de ſeptem Pſalmorum pœnitentialium encomio, & Carthuſianum ſub finem Commentarii in Pſalmum hunc ſextum. Nec ineptè huc referas opera ſeptem pœnitentiæ, indicata à Paulo *f*. *Sollicitudinem, defenſionem indignationem, timorem, deſiderium, æmulationem, vindictam.*

d in Epiſt. ad Alex. Papam & Epiſt. 4. ad Blanch. cap. 14. Solenne canonicas pœnitentias redimere Pſalmos recitando, aut inter recitandũ ſeſe flagellando. e Decr. l. 19. c. 12. & ſeq. Cum Miſſis Pſalteria recitata pro Ludovico rege. Opera ſeptem pœnitentiæ. f 2. Cor. 7. 11.

Quòd verò attinet ad hunc ex Pœnitentialibus Pſalmum primum, Baſilius *g*, citans quoque trigeſimum primum, qui eſt ſecundus pœnitentialis, præſcribit ei, qui velit agere pœnitentiam de ſingulis peccatis, ac dignos pœnitentiæ fructus oſtendere, & cum timore atque lacrymis recedere à peccatis, ut ea præſtet, quæ ſcripta ſunt in illo, nominans ſextum, quem tamen Cyprianus *h* quintum, nempe juxta opinionem, quòd ex primo, & eo, qui dicitur ſecundus, conſtituatur unus. Quamquam Chryſoſtomus *i* ſolam contendit contineri hoc Pſalmo compunctionem ex meditatione divini judicii, negans præciſè propter peccatum, quod commiſerat, ſcripſiſſe iſtum, ſed alium: nempe quinquageſimum, ut ejuſdem Titulus præ ſe fert. Athanaſius *k* hunc, & trigeſimumſeptimum uſurpandum dicit ſentienti minas divinas, & propterea perturbato.

g Regul. 5. 10. & 297. ex brevioribus. Sextus Pſal. nominatus qui a Cypriano quintus, & cur. Ex primo & ſecundo unus Pſalmus a nonnullis confectus. h l. 3. c. 114. i de Compun. Cordis. Chryſoſtomi ſententia. k ad Marcell.

In Concilio 8. Oecumenico act. 2. pro Pœnitentia recitatio indicta eſt Pſalmi 6. 37. 50.

TITULUS.

Verſ. 1] In finem, in carminibus, Pſalmus David pro octava.

RELIQUÆ Tituli partes quid ſibi velint, prioribus Pſalmis expoſitum eſt, ſola ſupereſt ultima declaranda *pro octava*, quod Auguſtinus legit, *de octavo*: pro, *in carminibus, in hymnis.* Si recipimus paraphraſin Chaldæam, expedita quæſtio eſt; nam explicat ad canendum ſuper citharam octo chordarum. Hebræorum opinio quoque iſta eſt, atque Lyrani, & aliorum recentiorum: vel de conatu ac intenſione vocis gradatim per ſingulos verſus, qui quum ſint in hoc Pſalmo decem, ſequitur, ait Valentia, quòd aſcendebant ſuper octavam, uſque ad decimum punctum canendo cum inſtrumento muſico. Confirmare ſententiam hanc poteſt, ut notavit Nicolaus Trevet, ac Titelmanus, quod ſcribitur in Paralipomenis *l*, aliquos ceciniſſe epinicion in citharis pro octava. Ubi eſt vox, quæ hoc loco ponitur השמינית *haſceminith* octava, & pro מנצח *menatſehac*, ejuſdem ſignificationis נצח *natſeach*. Ibidem quoque Abulenſis *m* allatam ſequitur ſententiam de Pſalmo etiam iſto, & de undecimo, in quo eſt idem titulus.

Expoſitio partis tituli *pro octava*. Hebræorũ ſententia. Valentia. Confirmatio ſententiæ. l 1. 1. 15. 21. m Quæſt. 25. Hujus Pſalmi & undecimi idem titulus.

Refellit autem quod attinet quidem ad litteralem ſenſum, Patrum communem expoſitionem, ut octava denotet octavam ætatem mundi, quæ erit exacta univerſitate temporum, (quæ univerſitas deſignatur per ſeptem (in reſurrectione, nam in præſenti, & in undecimo Pſalmo, nihil agitur, inquit, de ſtatu reſurrectionis, ſed hujus temporis de nequitia malorum, & petitione liberationis. Eadem ratio erit de octava mundi ætate: de reſurrectione Chriſti: de circumciſione ſpiritua-

Patrum communis ſententia ab Abulenſi refutata.

reſurrectionem item generali futura poſt lapſum ſeptem millium annorum ab Adamo: de vita æterna, quæ erit poſt peractam vitam carnis conſtantis quatuor elementis, & Spiritus, in quo eſt cor, anima, mens, vel pars rationalis, concupiſcibilis, iraſcibilis, vel memoria, intellectus, voluntas.

a Hom. 16. in Ezech. b in Geneſ. c lib. 3. in Marcel. c. 9 d Tract. 2. in Pſ. cap. 5. & hom. in hunc Pſal. e Joel. c. 2. 11 Abulenſis minus reverens erga Patres.

Hos, aut ſimiles modos dicendi afferunt enarratores in Catena citati, & alii, nec non alibi Gregorius *a*, Rabanus *b*, Beda *c*, Nyſſenus *d*, qui illum aſſignat dicendi modum de æternitate, quam unico die comprehenſam vocat, inquit, Joel *e magnum diem*. In Abulenſe, talem ſententiam appellante nimis alienam à ratione, & allegoricam, requirerem de tot ac tantis Patribus leniorem, ac reverentiorem orationem, quum, ut ſæpius monuimus, ſub extrinſeco litterali ſenſu aptiſſimè contineatur alius ſive litteralem velis nominare, ſive myſticum, in quo, quando concordant Patres magnum pondus ineſt ad argumentandum.

In luctuoſo pſalmo locum ut habeat. τὸ ἐπινίκιον f l. de Templo c. 17

Quòd ſi objicias, in luctuoſo Pſalmo non videri locum habere τὸ ἐπινίκιον, triumphalem cantilenam: Reſpondebimus, ex fine peti denominationem, qui finis eſt lætus, cum quadam quoque contra hoſtes inſultatione, potiſſimùm verò, ſi cum Patribus, ut par eſt per pœnitentiam ad reſurrectionis gloriam iter in hoc Pſalmo parari aſſeramus, de qua re ſtatim dicemus. Iterum Beda *f* vult, à deprecatione furoris ac iræ Dei exorſum Davidem, quum metueret octavam, ideſt, diem judicii, & ne excluderetur à Beatitudine.

Subtilis philoſophatio.

Alii ſubtiliùs ita philoſophantur, bonorum omnino genera reduci poſſe ad octo, ſed octavi dumtaxat amiſſionem luctu dignam, non ſeptem aliorum quia ſemper per peccatum amittatur, non autem illa ſemper, & octavi procuranda per pœnitentiam recuperatio. Bona porrò ſunt iſta, quæ vocantur fortunæ, & externa, ut opes, fama, potentia, nobilitas: corporis, robur, ſanitas pulchritudo, vita longa: virtutes morales, quibus appetitus perficitur, temperantia, fortitudo, &c. naturales Animæ rationalis ut rationalis perfectiones, bonitas ingenii, memoriæ, judicii, quædam ad bonum major C naturalis inclinatio bona intellectus acquiſita; ſcientiæ, artes, prudentia, & in voluntate acquiſita juſtitia: virtutes nonnullæ divinæ quidem & infuſæ, ſed quæ manere poſſunt in peccatore, ut fides, ſpes: dona gratis data ut linguarum, prophetiæ, miraculorum, &c. quæ poteſt etiam peccator habere: poſtremo gratia gratum faciens, & charitas, & ſi quid aliud eſt cum his neceſſariò cunjunctum, ut dona Spiritus Sancti, virtutes morales infuſæ, &c. Pro hoc bonorum octavo genere plangere, orare, laborare peccator debet, ex quo nimirum gloria pendet, quæ gratia conſummata dicitur. Si fidem quis & ſpem per oppoſita illis peccata perdat, ideò ſolendum ei eſt maximè quia ſimul perdit charitatem, & gratiam, cui quodlibet mortale peccatum repugnat.

ARGUMENTUM.

Nicolai Trevet & Cajetani hujus Pſal. argumentũ. David quater afflictus. g 2. Reg. 17 & inde. h 2. Reg. 14 & ſeq. i ib. cap. 12 k ib. c. ult. l 1. Paral. 21

EX TITULO argumentum non ita facilè colligitur. Plures conveniunt, ſermonem eſſe de gravi afflictione, quam ut David averteret, prolixè ſit pollicitus pœnitentiam. Nicolaus Trevet ait in genere peti hoc Pſalmo liberationem à perſecutione inimicorum. Cajetanus, quum David quater afflictus fuerit, in perſecutione Saul *g*: In alia filii Abſalon *h*. In reprehenſione Nathan ſimul cum morte filii primi ex adulterio ſuſcepti *i*: In percuſſione populi ab Angelo *k* exiſtimat loqui de perſecutione Abſalom in qua Deus iratus eſt Davidi. Hic valde perterritus & humiliatus, illum adverſarii multi vexaverunt, ſed brevi defecerunt. Nam quando Saul eum perſequebatur, nil erat cur pœniteret: quando percuſſus eſt populus, ipſe pro eo mori cupiebat *l*, non deprecabatur à ſe mortem, vel morbum, nec inimicos tunc habuit, ſicut nec quando Nathan ipſum reprehendit.

Valentiæ ſententia & aliorum de hoc Pſalmo

Valentia duas poſteriores approbat, Theodorus Antiochenſis penultimam ſententiam, Lyranus ultimam. Alii volunt gravi quodam morbo correptum, ex quo ſperarent ejus inimici moriturum, ſcripſiſſe Pſalmum vel certè partem ipſius; Poſteriorem, quando convaleſcens inſultavit in illos, gratias agens Deo quòd hac ra- A tione impediti fuerint, ne de divina providentia pejus ſentirent, & loquerentur, ut facere cœperant, & viri boni erecti ad eam pluris æſtimandam, atque in ſpe magis confirmati. Hoc modo ſentit Vatablus, Arias, Janſenius (probabile ducens conceptum morbum ex dolore propter adulterium & homicidium) *m* Oſorius; & alii. Probabil s opinio, & Hieronymus in Traditionibus refert ægrotaſſe *n* menſes ſex in Hebron, antequam inungeretur ibi rex ſuper Iſrael: ſed probabilior Eugubini extendentis ad univerſas vexationes ab irato Deo propter peccata, maximè verò ad ſpiritualia mala, & miſerias, quæ vocabulis tamen deſignantur morborum corporalium. Quod Haymo quoque ſentit, quum dicit, quòd quilibet pœnitens eſt iſtius Pſalmi materia. A quo dicendi modo ceteri antiquiores non abhorrent, ſimul adjungentes deſiderium, ſpemque reſurrectionis, & felicitatis.

Vatabli & aliorum. m 1. Reg. 17 n in Tradit. Hebr. ex 2. Reg. David ſex menſes æger in Hebron ante inunctionẽ Eugubini ſententia probabilior. Haymonis ſententia eadem. Chryſoſtomi ſententia. o 2. de Compunct. cordis Morbus ſemeſtris Davidis & tempus. p 2. Reg. 7

Chryſoſtomus *o* negat à David editum Pſalmum hunc B propter peccatum ſuum; repugnare namque titulum *pro octava*, hoc eſt, pro judicii die: alium eſſe Pſalmum, qui contineat culpæ ſatisfactionem: Certè mortuus ſemeſtris ſi accidit, eo tempore, de quo Hieronymus, ante peccatum contra Uriam, fuit, quemadmodum & dicta inunctio in Regem *p*.

Verſ. 2.] Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Ambroſianum Pſalterium quod & Gallicanum. Numeri novem verſuũ in hoc Pſalmo rationes q Luc. 15. 10 Rationes numeri decem verſuum. Aliæ obſervationes.

NON computando Titulum, numerantur Pſalmi verſus decem: ſed juxta Pſalterium Romanum, ſeu Vaticanum vetuſque & Ambroſianum, quod & Gallicanum vocant, novem. Innocentius III. primi numeri juxta Pſalterium, quo ait uti Eccleſiam Romanam, cauſſam dat, quòd per pœnitentiam aſcendat pœnitens ad novem ordines Angelorum, qui gaudent ſuper uno peccatore pœnitentiam agente: magis quàm ſupra nonaginta novem juſtis, qui non indigent penitentia *q*. Affert alias præterea cauſſas, pertinentes ad tres pœnitentiæ partes, contritionem, confeſſionem, ſatisfactionem, quas per te legere poteris: ſicut & de numero decem verſuum, quòd homo qui cecidit per offenſam, reſurgendo per pœnitentiam reſtauret ordinem decimum. Obſervat quoque ſex petitiones, duas ex timore pœnæ præſentis, & futuræ, duas præ dolore culpæ corporalis & ſpiritualis; duas præ amore gratiæ liberantis, & ſalvantis. Addit & nonnulla, quæ cum fructu cognoſci poſſint. Caſſiodorus diſtinguit rhetorum more in hac velut oratione exordium, narrationem, concluſionem.

Caſſiodori diſtinctio.

Domine ne in furore tuo arguas me.) In Pſalterio Romano & Ambroſiano ſive Gallicano, & apud Chryſologum *r* priore loco ponitur ira. In comperto eſt non cadere in Deum, iræ aut ullius alterius, quam nominamus paſſionem, perturbationis imperfectionem. Hac remota fuerit, ac iraſcitur Deus, quia vindicat & punit. Et accommodatè ad captum noſtrum Scripturæ loquuntur, ut omnes hic annotant, ſicut inquit Chryſoſtomus (ex D quo Euthymius) noſmet ipſi cum barbaris, & pueris agentes, ad eorum voces & mores nos accommodamus. Unde, ut idem docet, poſtquam hac familiari ratione inducti ſumus ad cognitionem Dei, quam aſſequi aliter non poteramus, eædem Scripturæ ſtuduerunt formas illas dicendi imperfectas corrigere; ac errandi anſam removere. Probat id exemplis. Ex quibus ad rem eſt, quod & antea protulimus *ſ*: *Numquid me ad iracundiam provocant, dicit Dominus? Nonne ſemetipſos in confuſione vultus ſui?* Confirmat ratione ducta à ſapientibus viris, qui abſque perturbatione iraſcuntur: à medicis, qui ſine ira urunt, ſecantque. *Ira Dei*, ait Chryſologus *t*, *eſt delinquentium pœna: furor Dei, eſt ſupplicium peccatorum.* Hinc ſequitur, malè uſos talibus locis nonnullos, ad immoderantiam iræ ſuæ defendendam: quos refellit Caſſianus, *u* docens, quo pacto figuratè de Deo accipi debeant ira furorque ſine turbulentia paſſionis carnalis. Deinde quòd nec providentia caret; ut Epicurei aliique ſenſerunt; nec ira, de qua diximus, Deus deſtituitur, ut contra Stoicos demonſtrat Lactantius integro libro de Ira Dei. Poſtea colligitur utilem eſſe pœnæ timorem, quoniam idem ſe exauditum dicit, qui hoc loco timorem prodit. Poſtremò, fieri poteſt argumentum, poſt re-

r Serm. 45 ſ Jer. 7. 19 t Serm. 45 Ira Dei & furor, quæ ſint. u 8. de Inſt. c. 2. 3. 4. Utilis pœna timor.

Poſt remiſſa peccata onus ſuper eſſe poſſe ſatisfaciendi per pœnas temporales.

miſſa peccata poſſe onus ſupereſſe ſatisfaciendi per pœnas temporales, & has à Deo ipſo aliquo modo, ſed verè irato infligi, non ſolùm ut Hæretici contendunt, ad cautelam & medicinam, ad caſtigationem, & exercitium pœnitentiæ, in cognitione peccati ut cautiores fiamus. Nam etiamſi de pœnis alterius vitæ intelligas, Inferni & Purgatorii, illis qui debent pœnas Purgatorii iraſcitur Deus.

Furoris & verbi arguere diſtinctio ab ira, & verbo corripere. a Job 35. 15.

Diſtinguunt multi furorem, & arguendi verbum, ab ira, & verbo corripiendi, ut ſit plus in furore arguere, quàm in ira corripere: illud pertinet ad æternam damnationem: hoc ad Purgatorii pœnas. Ita diſertè Gregorius, Haymo, Alcuinus, Remigius, & innuit Auguſtinus. Atque ita negant aliqui pertinere, hæc ad penas præſentis vitæ, quia Job ſcripſit: *a Nunc Deus non infert furorem ſuum, nec ulciſcitur valde.* Nihilominus Deus ita loquens inducitur in Cantico Moſis: *b Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſque ad inferni noviſſima.* Sed Auguſtinus tamen etiam putat minus eſſe arguere, quàm corripere: ac proinde furorem ac iram ſynonyma facere videtur, ſicut θυμὸν, & ὀργὴν: monet præte- B rea in codicibus nonnullis priùs inveniri iram, (quod item extat apud Gregorium) in aliis pro furore indignationem poni, aut bilem.

b Deu. 32. 22 Minus eſt arguere quam corripere, ex Auguſtino. Furor ac ira ſynonyma.

Furor, ira, apud Rupertum ut ſumantur. Apud Bernardum. c Ser. 69. in Cantica. Græcorum & Latinorum patrum ſententia.

Rupertus *furorem* ſumit pro ſententia damnationis, *iram* poſt diem furoris permanentem, pro morte æterna, & Inferno. Bernardus *c furorem*, quo Deus Angelum ſe extollentem in cęlo arguit: *iram*, qua hominem in paradiſo corripuit. Relege, ſi vis, quæ ad Pſalmum ſecundum ac quartum hac de re diximus. Nam quod Græci etiam & Latini non pauci, non tantùm Auguſtinus rem eamdem diverſis exponi dicunt verbis, mihi magis placet: ac verba תוכחני *thochicheni*, & תיסרני *theiaſſereni*, non tantum nomina eamdem vim habere אפך & חמתך *appecha*, & *chamathecha*, & Græca ἐλέγξῃς, & παιδεύσῃς, atque ὀργὴ & θυμὸς, ut dixi. Et ſi quod velimus diſcrimen agnoſcere, majus quid eſt corripere, & παιδεύειν atq; יסר *jaſar* nempe pertinens ad coercitionem realem; alia potiùs ad verbalem ſpectant: quamvis quæ poſteriore loco ſunt nomina Latinum & Græcum, videantur quam quæ priora, minùs quid ſignificare. In Pſal. 36. *d*, videntur C hæc idem valere. *Deſine ab ira, & derelinque furorem.*

Corripere majus quid eſt. d Verſ. 8.

Quare & ad præſens tempus referri iſta poſſunt, in quo tempore David petat, non tractari more impœnitentis, ut exponit Aſterius, Didymus, Theodoretus, Ambroſius *e*, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius *f*, quum ſe profiteatur, & polliceatur pœnitentem: hoc eſt, ne pro meritis puniat Deus, & ſeveriùs. Quo pacto Jeremias orabat *g Corripe me Domine, verumtamen in judicio, & non in furore tuo;* non ut adverſarius, & inimicus, verùm ut pater, inquit Hieronymus *h*) *ne fortè ad nihilum redigas me.* Quum valde iraſcitur Deus in hac vita, ne in judicio quidem iraſci vult, immo omnino iraſci non vult: *Et requieſcet*, inquit *i*, *indignatio mea in te; & auferetur furor meus à te, & quieſcam, nec iraſcar ampliùs: eo quòd non fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, & provocaſti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus; & non feci juxta ſcelera tua in omnibus abominationibus tui.* Affinis eſt in Oſea locus *k*; etſi non ignoro alium ſenſum, quieſcere iram & indignationem; ſicuti etiam colligitur ex D aliis locis *l*, quando ira ſæviit, ut nil ei ſuper ſit, in quo ſeſe oſtendat. Sed juxta priorem ſenſum, Grandis, inquit Hieronymus *m*, offenſa eſt, poſtquam peccaveris, iram Domini non mereri. Talis & vulgaris illa ſententia, *Nihil eſſe infelicius felicitate peccantium.* *n*

e Ambroſ. in Pſ. 118. f Hier. & hom. 16. in Ezech. g cap. 10. 24 h Ibid. i Ezech. 16. 42. 43. k c. 4. 14. Alius ſenſus quomodo quieſcant ira & indignatio Dei. l Ezech. 24. 13. Ezech. 7. 10 Grandis offenſa poſt, quam peccaveris irã Domini non mereri. m in c. 4. Oſea. Nihil infelicius infelicitate peccãtium. n Seneca de Providentia c. 3. Hier. ep. 33: Aug. ep. 5: Orig. 1. Periarchon. De Imperatore Mauritio celebris narratio. o Job. 5. 17. p Mich. 7. 9 q Iſ. 12. 1. r Sal. 118. 137.

E contrario, beatus homo, qui corripitur à Deo, ut propterea correptionem Domini reprobare non debeat *o*: ſed iram Domini portare, quia peccavit ei *p*; confiteri, ac laudare eum, quoniam iratus eſt; converſus eſt furor ejus & conſolatus *q* eſt. Celebris narratio de Imperatore Mauritio, qui accepta ſententia de ſua, & ſuorum morte, exclamaſſe perhibetur: *Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum ſ. Quis novit poteſtatem iræ Dei? Aut quis poteſt iram ejus dinumerare?* Abſcondi vult in inferno Job, donec pertranſeat furor illius *t*; & illi qui metuunt iram Agni, operiri montibus & collibus *u*. Lege Baſilium *x*. Quapropter ingens metus dolorque mentem aliquando alicujus ſic abripit, ut ſubti-

ſ Pſ. 89. 11. t Job. 14. 13. u Iſa. 2. 10. Oſea 10. 8. Luca 23. 30. Apoc. 6. 16. Subtilis obſervatio Innocent. III. x in Pſ. 37.

y in hunc Pſ. Pœnit. z Sap. 12. 18 a Pſalm. 9. 5 Pſa. 95. 10. 13 & alibi. b Pſal. 50. 3 c Iſa. 10. 5. 6 25. cap. 48. 9 cap. 63. 3. 6 Jer. 7. 20. & alibi ſæpe. d verſ. 3 e verſ. 5 f ibidem. g ibidem. Verbũ Domini ut expendit Gregorius, & alia.

Aliter notat Innocentius III *y*. ut Deum qui judicat in tranquillitate *z*, juſtitia, veritate, æquitate *a*, & aliàs invocatur ſecundùm magnam miſericordiã, & multitudinem miſerationum ſuarum *b*, cum quadam velut injuria, & ſigno aliquo impatientiæ furioſum nominet, atque iracundum. Accedit quòd iiſdem utitur de ſeipſo loquens verbis Deus *c*; & David præfatur ab honorifico nomine Domini; agnoſcit Judicem, dum ſupplicat; medicum, dum ſanari petit *d*; ducem, dum ut convertatur *e*; defenſorem, dum ut eripiat animam ſuam *f*, Salvatorem ſuum, dum ut ſalvum faciat propter miſericordiam ſuam *g*.

Expendit Gregorius vocabulum *Domini*, quoniam Domini eſt ſervum alere, non negligere: delinquentem corrigere, non necare: fugientem requirere, non abdicare. Præterea quòd hic ſervus reus abſque patrono, interventore, advocato, adeat iratum Dominum reconciliationis gratia; rationem dicit eſſe terrorem Judicii, amorem Dei, & confidentiam, ut moras non patiatur, dilationem averſetur, deſiderium non ſuſtineat: impa- B tientiæ modum non habeat, præſentem ſibi proponat: ſi ad horam convenire diſtulerit, damnationem ſe evadere non poſſe arbitretur.

h Pſ. 110. 9 i Malac. 1. 6 k Pepinus. Nomen Domini unde aliqui derivent. Vindicta Dei quam metuenda. l cap. 7. 8

Eſt ſimul nomen Domini *Terribile h. Si enim*, inquit, *ego Dominus, ubi eſt timor meus? i*, & quidam *k* derivant nomen *Domini*, quaſi ſit *dans minas*, ergo non refugit bonus ſervus argui, & corripi ab eo, ſed in furore & ira, ita, ut ſuperante infirmitatem ſuam vindicta Dei, non emendetur, ſed deterior fiat, & pereat. De hac vindicta in oratione, licèt apocrypha, Manaſſis: *Inſuſtentabilis eſt ira divina comminationis ſuper peccatores;* & apud Ezechielem *l*: *Nunc de propinquo effundam iram meam ſuper te, & complebo furorem meum in te, & judicabo te juxta vias tuas, & imponam tibi omnia ſcelera tua, non parcet tibi oculus meus, nec miſerebitur; vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt, & ſcietis quia ego ſum Dominus, percutiens.* Exiſtimatus eſt Chriſtus à ſuis civibus in furorem verſus *m*. Verùm neſcientes, ac nolentes dixerunt; ſiquidem duplici agebatur furore, amoris noſtri, & zeli divini.

Chriſtus à ſuis vicibus in furorem verſus eſt exiſtimatus. Furore amoris noſtri & zeli divini. m Mar. 3. 21 Παιδεύειν verbi expoſitio. n verſ. 12 o verſ. 12 p Hor. lib. 1 Sat. 3.

Corripias me.] Græcum, ut dixi, verbum propriè eſt *erudire*, παιδεύειν, ſed *caſtigare* ac *punire* quoque ſignificat, ut Pſalmo ſecundo vidimus *n*. *Erudiendi* utitur verbo Auguſtinus, eſtque in Pſalmo nonageſimo tertio *o*: *Beatus quem tu erudieris Domine;* Hieronymus verbo *Caſtigandi*.

Domine ne in furore, &c.] Non quælibet æqualibus punienda peccata pœnis ſed oportet *p*, *adſit*

Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas,
Neſcutica dignum horribili ſectere flagello.

Lege de immoderato à magiſtro in diſcipulos ſupplicio quæ caventur ad legem Aquiliam *q*, in Conſtitutionibus, *r* Leonis Imperatoris, & in decretali de homicidio *ſ*, & quæ Stobæus affert *t*.

q D. l. ſed & ſi. p. Si magiſter. r conſt. 66 & 105 ſ c. Presbyt. t Serm. 44

Verſ. 3.] Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Prioris verſus ſententia manca.

VIDETUR prioris ſententia verſus manca, & imperfecta, ut ſolet eſſe irati, vehementi aliquo affectu perturbati, qualis Poetæ oratio; Suppleri poſſet ad eam perficiendum: ſed miſeratione ac benevolentia paterna, & convenienter infirmitati meæ; vel *ne fortè ad nihilum redigas me u*, ut non damnes: ut hic non deſtituas; ſinas ve in deteriora labi: ut non tantæ ſint calamitates externæ, ut dejiciat impatientia. Expende vires meas, & da Pœnitentiæ locum; caſtiga, ſed morti ne tradas *x*.

u Jer. 15. 24 x Pſ. 117. 18

Infirmitatem igitur ſuam David, corporis animique ac fractas morbo, & angore ac metu mortis, utriuſque partis vires curandas medio proponit, & ſe iram, ac furorem ferre negat poſſe; Non propriè vult dicere, ut Heſychius tamen inſinuat, ſe quum in rebus malis fortis eſſe deſierit, implorare miſericordiam: nam hujuſmodi imbecillitas ingens Dei munus eſt: quique ſic infirmatur, potens eſt *y*: fulciri floribus, ſtipari malis petit *z*, quia amore languet: nec ut talis implorat miſericordiam. Bona ratio ad impetrandam miſericordiam, maxi-

Heſychii interpretatio. y 2. Cor. 12 10. z Cant. 2. 5

mè divinam, agnoſcere & exponere miſeriam ſuam: & A
ea nobis ad alios benefaciendum ſufficere deberet: ſicut
quum ſorores Chriſto miſerunt. *Ecce quem amas infirma-*
a Joan. 11.3
tur a; magnus ad precandum ſtimulus, quum enim
multiplicantur infirmitates, ait idem Propheta *b*, *accele-*
b Pſal. 55.4
ramus ad orationem. Abraham ut impetret, præfatur
c Gen. 18.27
ſe *pulverem, & cinerem c*: Job, *folium, quod vento rapitur,*
& ſtipulam ſiccam d, item ſe *factum ex luto, & in pulverem*
d Job. 13.25
reducendum e; & ſi in Angelis ſuis Deus reperit pravita-
e cap. 10.9
f cap. 4.19
g cap. 9.5
tem, multo magis in his, *qui habitant domos luteas f*.
Auctor libri Sapientiæ *g* in ſua oratione appellat ſe
ἀσθενῆ καὶ ὀλιγοχρόνιον, *infirmum, & exigui temporis*, mino-
rem ad intellectum judicii, & legum. *Miſeretur Dominus,*
h Pſ. 102.14
quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum h, recordatus quia
pulvis ſumus. Chald. *Ipſe novit fomitem parvum, qui pec-*
i Pſ. 77.39
catum ſuggerit. Item *recordatus eſt quia caro ſumus i*.
Exprobrat quodammodo David nomine totius generis
humani Dæmonibus: *Interficitis univerſi vos, tamquam*
k Pſ. 61.4
parieti inclinato, & maceriæ depulſæ k. & ut Saul ad ſui
commiſerationem provocaret David, *Canem mortuum*,
inquit, *perſequeris, & pulicem unum*. *Quem perſequeris* B
rex Iſrael, quem perſequeris l.

l 1. Reg. 24.15
m epiſt. 106
Auguſt. ſententia.
Negat Auguſtinus *m*, pro infirmitate corporis preca-
ri Davidem, quia ſecutus adjunxit: *& anima mea tur-*
bata eſt valdè; atque inde colligit gratiæ neceſſitatem
ad non peccandum, contra Pelagianos. Nihil obſtat
etiam, ab obvio quidem ſenſu intelligere de corporis in-
firmitate: ſicut intellexit Innocentius III. & Theodo-
Lyrani.
rus Antiochenus. Eamdem Lyranus tenet ſententiam,
ſed languorem iſtum vult ortum ex viſione Angeli per-
n 2. Reg. ult.
o 3. Reg. 1.1
cutientis populum *n*, indeque deinceps ob languorem
nequiviſſe veſtibus calefieri *o*. Idem videtur Cajetano
de defectis corporis viribus, verùm præ triſtitia ob filii
Communis ſenſus.
perſecutionem. Reliquorum ſenſum communem ſimul
recipio de imbecillitate ſpirituali contracta ex peccato
originali, de mœſtitia ob perſecutionem, de dolore
propter actualia peccata. Sed retento etiam corporali
morbo. Tantus quandoque in corpore ipſo dolor eſt
ut exprimat quaſdam veluti querimonias, ſeſeque vir a-
lioqui Sanctus ſupra vires tentatum ſubqueratur, &
Deum ſibi mutatum in crudelem *p*: etiam Chriſtus de- C
p Job. 30.21
q Mat. 27.46
relictum ſe à Deo clamabat *q*.

Nomen Hebræum Racham unde dictum. Viſcera, vel viſcera miſericordiæ pro miſericordia.
Miſerere.) Hebræum רחם *Racham* à viſceribus dicitur
quia convulſionem viſcerum quamdam ſentit, qui com-
miſeretur, neque ſine commotione contingit commiſe-
ratio, Ipſa *viſcera*, vel cum addito *viſcera miſericordiæ*,
pro *miſericordia* dici ſolent *r*. Eugubinus *miſerendi* Lati-
num verbum deducit à μισέω odi, unde μιζαρὸς odibilis,
quia qui miſeretur, odit calamitatem alterius, vultque
eam tollere. Hoc ſecundum nimis coactum.
r 3. Reg. 3.26 Luc. 1.78 Pſal. 63.15 Coloſſ. 3.12 & alibi.
Miſerendi Latinum verbum à μισέω deductum ab Eugubino
Infirmus.) Ἀσθενὴς, & אמלל *umlal, imbecillem viri-*
bus ſignificat, corpori præcipuè, quem dicunt exhau-
ſtum, enervatum &c. ſed animi quoque & ad inanima-
tam etiam transfertur. Videri poteſt ex Hebr. peritum
Italicum verbum, *ammalarſi*, quod eſt ægrotare. Infirmi-
tas animi aut eſt defectus naturalis, ut ignorantia &c. in-
clinatio ad malum, & concupiſcentia, aut culpa Oritur
culpæ infirmitas ex intemperie intellectus, voluntatis,
Nominis umlal ſignificatio. Italicum verbū ammalarſi unde queat eſſe petitū.
partis iraſcibilis, & concupiſcibilis, velut quatuor humo-
rum: dolorem incutit ex timore pœnæ, & invalidum D
reddit terminus ejus, mors damnationis eſt. Dicitur
quidem quoddam peccatum ex infirmitate, aliud ex
ignorantia tertium ex malitia: ſed nunc omnia peccata
intelliguntur. *Quid infirmius homine* ait Chryſologus *ſ*,
ſ Serm. 45
Infirmitas hominis, ex Chryſologo
quem ſenſus fallit, ignorantia decipit, circumvenit judi-
cium, pompa lædit, tempus deferit, mutat ætas, hebetat in-
fantia, juventus præcipitat, ſenectus frangit? Huic ergo
Deum iraſci in ira, indignari in furore non eſt, non eſt
Creatoris pii, ſed eſt ſeveriſſimi cognitoris. Adde, ſine cogni-
tori quidem, qui novit figmentum noſtrum, & recordatur
quia pulvis ſumus t.

t Pſ. 102.14
Nemo libēs corpore ægrotat.
De differentia corporalis infirmitatis & ſpiritualis
differit hoc loco Pepinus ex Paludano: Summa eſt, quòd
Nemo libens corpore ægrotat: ſi ægrotet, mox ſanari cu-
pit: medico morbum quemlibet detegit: ſumptui non
parcit, ut convaleſcat: remedia difficilia ſuſcipit: mor-
bi moleſtiam ſtatim ſentit. Hæc pluribus explicat, &
magis adhuc illuſtrari poſſunt.

Sana me.] Tu qui ſanas omnes infirmitates, & redi-
u Pſal. 102.3
x Joan. 5.14
1. Cor. 11.30
mis *u*, & propitiaris omnibus iniquitatibus, unde non
rarò exiſtunt infirmitates *x*, & omnes ex originali ſunt
peccato; licèt quandoque immittantur pro gloria
Dei *y*, vel ad augendum meritum, vel naſcantur ex
compaſſione, & amore, ut in Chriſto *z*, & in Paulo. *a*
y Joan. 9.3.
z Iſa. 59.16.
a 2. Cor. 11.29.

Conturbatio terroris eſt.
Conturbata ſunt oſſa mea.) Conturbari, eſt terroris;
itaq; vertunt alii, *Territa ſunt*; ἐταράχθη נבהלו *nivhalu*;
quod etiam reddi poteſt, *obſtupuerunt*, ſubito terrore
perculſa ſunt. Sic principes Edom conturbatos dicitur,
& robuſtos Moab obtinuiſſe tremor *b*; item qui defece-
b Exod. 15.15.
c Pſ. 89.7.
runt in ira Dei in furore ejus turbatos *c*. Oſſa non pro-
priè ſentiunt vel dolent; ſed quæ adjacent eis membra-
næ, aliæve partes, quarum affectio vocatur ὀστοκόπος,
Oſſa non proprie ſentiunt vel dolent, ſed quæ adjacent membranæ.
quaſi *oſſium labor, dolorve*, ut Galenus *d*, docet: ſolas
quoque partes palpitationis, ac tremoris capaces tra-
dit *e*, quæ diſtendi poſſint, oſſibus autem hoc non con-
venire. Summum dolorem dicere ſolemus penetrare
d 3. de San. tuenda c. 5. 2. de locis affectis cap. 7.
uſque ad oſſa, vel timorem vehementem, de quo ille *f*;

—*gelidusque per ima cucurrit*
Oſſa tremor.

Solæ partes palpitationis ac tremoris capaces quæ diſtendi poſſunt.
Oſſa etiam pro toto corpore ſumi poſſunt, quod magni-
tudine doloris obſtupeſcit. Rabbi David Kimhi expo-
nit pro corpore, quo etiam numero ſingulari eadem
voce *os* ſignificante עצם *hhetſem* nominatur, à עצם
hhatſam, *roboravit*. Conſentit Genebrardus Janſenius
e 2. de Simpt. cau. c. 2. de Tremo. palpi. conv. & rigo. c. 5.
f Virg. 2. Æn.
Oſſa pro toto corpore.
oſſa pro membris aliis accipit, quæ conſiſtunt per oſſa.
Monet præterea de vitio codicum legentium, *Omnia oſſa*
mea. Trevet explicat de laſſitudine in fugiendo, &
vigilando, & propter redundantiam doloris in corpus
ex tædio mentis, qua ratione evadat, quo pacto ſe gerat
in tanta perſecutione, & quidem quæ ipſi erat à proprio
filio; vel, ut aliis placet, à ſuo rege Saul, vel aliunde.
hhetſem, & hhatſam voces quid ſignificent.
Laxationem oſſium, quamvis myſticè, Nyſſenus *g* in-
terpretatur.

Oſſa pro membris aliis quæ conſiſtunt per oſſa.
Secundùm tropologiam, oſſa ſunt animæ facultates;
aut animæ cogitationes & virtutes, ut plurimi decla-
rant quibus, ut veris corpus oſſibus, ſic illa ſuſtentatur.
Ad hunc modum intelliguntur aliæ Scripturæ. *Omnia*
oſſa mea dicent, Domine, quis ſimilis tibi? h Exultabunt
Vitium codicum.
Domino oſſa humiliata i, *Diſperſa ſunt omnia oſſa mea k*;
ſicut Leo ſic contrivit omnia oſſa mea l; *Non eſt pax oſſi-*
Trevet expoſitio & aliorum.
bus meis m. *Oſſa mea ſicut cremium aruerunt, n* quum ſci-
licet aridus ligni ſurculus combuſtus eſt emarcuerunt *o*:
g hom. in Pſ. 6. Tropol.
Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum p, *veterave-*
runt oſſa mea q. *Cuſtodit Deus omnia oſſa eorum r*, &c.
h Pſ. 34.10.
i Pſ. 50.10.
k Pſ. 21.15.
l Iſa. 38.13.
m Pſ. 37.4.
n Pſ. 101.4.
o Job. 33.19.
p Pſ. 140.8.
q Pſ. 31.3.
r Pſ. 33.21.
ſ Job. 4.14.
t Job. 33.19. 20.21.
u Pſ. 41.11.
x cap. 7.15.
y Thr. 1.13.
quamvis & ſuum hæc litteralem ſenſum habeant. Sed
geminus præſenti hoc in libro Job locus *ſ* eſt: *Pavor te-*
nuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt:
ubi Chaldaicè pro *oſſibus* membra ſunt אברי *evarai*.
Rurſus alibi totus hic videtur expreſſus locus *t*: *Incre-*
pat quoque per dolorem in lectulo (hoc eſt, eſſe infirmum)
& omnia oſſa ejus marceſcere facit. (ideſt, oſſa turbati.)
Abominabilis ei fit in vita ſua panis, & animæ illius cibus
antè deſiderabilis (videtur turbatio animæ) de qua verſu
ſequenti, *Tabeſcet caro ejus, & oſſa quæ tecta fuerant,*
nudabuntur.

Oſſa impleri vitiis adoleſcentiæ, quid ſit.
Illud item rurſus ex Pſalmis acerbitatem declarat do-
loris eam in corpore: *Dum u confringuntur oſſa mea, ex-*
probraverunt mihi qui tribulant me inimici mei. Præte-
rea ex Job *x*. *Elegit ſuſpendium anima mea, & mortem*
oſſa mea. Gravitatem doloris interni denotant Jeremiæ
verba *y*: *Miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me*, &
reſpondit Macarius tantam ſibi maciem, ac debilitatem
corporis eſſe, quia timor Dei etiam oſſa conficeret, quod
z Job. 20.11.
a Pſ. 108.17.
Job ait *ebibere Spiritum*. Ad hæc *oſſa impleri vitiis adole-*
ſcentiæ, *z* eſt, vel præteritæ vitæ ſcelera perſolvi etiam
in ipſo corpore, & *intrare maledictionem ſicut aquam in*
b Sect. 33. Probl. 22.
Oleum ipſa oſſa ſubit, ex Ariſtot.
interiora, & ſicut oleum in oſſibus a Ariſtoteles *b*, ait,
oleum ipſa oſſa ſubire) vel vitiorum habitus ab ineunte
contractos ætate in grandiore permanere.

Robur Diaboli deſcriptum per oſſa ſimilia fiſtulis æris.
Tandem robur Diaboli deſcribitur per oſſa ſimilia
fiſtulis æris *c*. Myſticè aliter oſſa in Eccleſiæ myſtico
corpore ſunt, ut Baſilius *d*, docet, fortiores, qui debi-
liores veluti carnem ſuffulciunt. Orandum Deum, ut
Myſtic. oſſa in Eccleſiæ myſtico corpore quæ ſunt.
ea cuſtodiat, ne unum ex eis conteratur *e*, ne diſſipen-
tur *f*. Per peccatum oſſa virtutum Theologicarum tur-
bantur, quia tollitur charitas, aliæ remanent informes:
morales infuſæ pereunt cum charitate, acquiſitæ debili-
tantur.

c Job. 40.13.
d Pſal. 33.
e ibidem 21.
f Pſ. 140.7.
Porrò quantas in hominis tum anima, tum corpore
peccatum, præcipuè libidinis, iræque, concitet infirmi-
tates: eleganter Chryſoſtomus exponit, exemplo mari-
timæ tempeſtatis præterea comparationem inſtituit cum
me-

Chryſoſtomi elegans expoſitio & comparatio
medico, arte, ægroto, morbo, vi medicamentorum, & A
niſi ægroti accedat voluntas, dicentis, *ſana me*, nihil ef-
fici: Si adſit, ſanitatem recuperari: quod non accidit ſem-
per in morbis, & medicis corporalibus, quantumvis æger
ſanari velit. Idcirco Chriſtus paralyticum interrogat:
a Joan. 5.6
Vis ſanus fieri a? Sicut verò poſt reſtitutam ſanitatem,
hortando ne amplius peccaret *b*, indicavit aliquando
b ibid. 14.
Morbi ex peccatis naſcentes.
ex peccatis morbos naſci; quod etiam Paulus *c*, teſtatur
de indignè ſumentibus corpus Chriſti: ita fieri poteſt
loqui Davidem de morbo, quem poſt peccatum contra-
xiſſet, ſive præ magnitudine pœnitudinis ſive aliunde.
c 1. Cor. 11.30.
d 1. Tim. 4.8
Pietas promiſſionem habet vitæ quæ nunc etiam eſt, non
ſolum futuræ *d*, quia conducit ad ſanitatem quoque cor-
poris. Piis tamen, at non propter peccatum, contin-
gunt nonnumquam morbi, ut Job, Tobiæ cæco nato,
Lazaro, Paulo, qui præterea per compaſſionem infir-
mabatur cum infirmis *e*. Si de ſpirituali infirmitate lo-
e 2. Cor. 11.29.
quamur, ita cum Auguſtino contra Pelagianos confir-
manda hinc gratia, ut adverſus noſtri temporis Hæreti-
cos negemus impoſſibilem etiam cum gratia curam infir-
mitatis iſtius.

Verſ. 4.] Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine uſquequò?

TURBATIONEM animæ eodem intelligit ſenſu,
quo oſſium, nempe vehementem dolorem & mœro-
rem quem tota per ſympathiam anima percipiat, pro-
pter cruciatum vel corporis, vel ejuſdem animæ facul-
tatem: ita ut nulla pars expers proprii ſit angoris,
ex perſecutione quam proprius in eum filius excita-
verat, aut rex Saul, &c. vel animæ turbatio, ut prius
innui, cibi inappetentia, & nutritionis defectus eſt.
Expoſitiones aliæ.
Unde non ſequitur per *oſſium conturbationem* ſolam intel-
ligi eam, quæ eſt in anima, nec non per infirmitatem,
ut monuimus Auguſtinum alicubi velle, conſentitque
Ludolphus, & Baſilius. Nam ex corporis ægritudine
redundat in animam triſtitia, corporiſque temperamen-
tum, animi ſæpe ſequuntur mores, & *ſpiritus triſtis exſic-* C
f Pr. 17.22.
g Pſ. 101.6
cat oſſa f, *& à voce gemitus adhæret os carni g*, denique
turbatio animæ poteſt ſummum ſignificare diſcrimen vi-
tæ ac in ſingulas horas ingruiſſe mortem. Multo minùs
per *animi turbationem* accipi debet compunctio, & pœ-
Senſus per accommodationem.
nitentia. Poteſt hic per accommodationem ſenſus ad-
mitti, quem Gregorius & Caſſiodorus tradit, & Inno-
centius, Bruno, Lyranus, Ludolphus, Dionyſius,
Ricardus Pampolitanus, alii, non per proprietatem.
Veriſimile eſt quoque ſimul cum dolore corporis animo
h l. 8. in Mat c. 7. Baſilii interpretatio. Innocentii diſtinctio circa turbationem.
ſubiiſſe cogitationem, ac timorem æternorum ſuppli-
ciorum peccatis præteritis debitorum, ut etiam Ruper-
tus *h*, explicat. Baſilius interpretatur tormenta con-
ſcientiæ, quam cogitationes de peccatis tamquam li-
ctoris flagellarent.

Diſtinguit idem Innocentius *turbationem timoris*, ut
i Sap. c. 5.2
k Mat. 2.3
l Pſ. 106.27
m Luc. 10.41
n Cant. 6.11
o Luc. 1.29
p Mat. 14.26
q Jo. 11.13.
r Joan. 5.4
in inſenſatis apud Sapientem *i*, & Herode ac Jeroſoly-
ma, quando Magi venerunt *k*: furoris & confuſionis, ut
in agitatis tempeſtate *l*: occupationis ſollicitæ, ut in Mar-
tha *m*: admirationis ac ſtuporis cujuſdam, ſed humilis,
ac benevoli, ut in ſponſa *n*, & Deipara *o*, & in Diſci-
pulis *p*: compaſſionis, ut in Chriſto ſeipſum turbante
q. Adde turbationem ex divina virtute ad edendum ali-
quod miraculum, ut in Probatica *r*, piſcina.

In hoc Pſalmo quadruplex turbatio.
ſ verſ. 3
t verſ. 4
u verſ. 8.
x ibidem.
In hoc Pſalmo ait Innocentius, eſſe quadruplicem
turbationem, miſeriæ, in conturbatis oſſibus *ſ*: culpæ,
in anima turbata *t*: pœnæ, in turbato præ furore oculo
u: gratiæ, in conturbatis inimicis *x*. Valent hæc ad
tropologiam. Non poteſt quin turbetur valde anima,
Alexander ſobrius ſe vult occidere, quòd Clitum ebrius interfeciſſet.
quæ læſum à ſe Deum recognoſcat, interfectam quo-
dammodo, & abolitam imaginem ejus, prout in gra-
tia conſiſtit. Voluit ſobrius Alexander ſemeptipſum oc-
cidere, quòd à ſe ebrio Clitum amiciſſimum deprehen-
diſſet interfectum *y*. Harpiam ferunt, poſtquam homi-
nem enecavit, ſibiipſi mortem afferre, dum in aquam
y Plutar. in Alexandro.
De Harpia quæ narrentur.
ſuum humano ſimilem, vultum contuetur *z*.

Sed tu Domine uſquequò? Pro *ſed*, Græcè eſt (καὶ) Hebrai-
cè ו *ve*, quæ propriè quidem ſignificant *&*, tamen in-
terdum quoque, *ſed*: in emendatis libris ita legimus,
z Olaùs. in l. Sapien. Lect. 144.
Sed pro &.
quamvis in aliis multis legatur, *&* nec non in verſione
Hieronymi, Pſalterio Vaticano, & Ambroſiano. In
Cantico canticorum *a*, idem obſervandum: *Nigra*
a cap. 1.5
b Gen. 2.6
ſum, ſed formoſa, pro, *&*, In Geneſi: *ſed fons aſcende-*
bat de terra, pro, *& b*.

Eſt porrò hic ob ingentem turbationem oſſium, &
animæ, ac vehementem æſtum doloris, timoriſque in-
explicabilis, abrupta præciſaque reticentia, & Ecli-
Ecliptica oratio.
ptica oratio, ut eloqui ultra non poſſit, non queat ſei-
pſum ferre: Quaſi diceret? *Uſquequò Domine obliviſceris*
c Pſal. 12.2
d Pſal. 78.5
e Pſal. 88.47
f ib. & verſ. 84.
g Pſal. 76.10
h Habac. 1.2
i Pſal. 89.13
me in finem? uſquequò avertis faciem tuam à me c? Uſ-
quequò Domine iraſceris in finem d? Uſquequò Domine
avertis in finem *e* (unde mox ſubditur: *Convertere Do-*
mine, &c.) *exardeſcit f*, *ſicut ignis ira tua: memorare*
quæ mea ſubſtantia g. *Numquid obliviſceris miſereri Deus,*
aut continebis in ira tua miſericordiam tuam? Uſquequò h
clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens,
& non ſalvabis? Convertere i, Domine uſquequò? & de-
k Serm. 45
precabilis eſto ſuper ſervum tuum. Quouſque pateris, ut
explanat Chryſologus *k*, quouſque diſſimulas? quo-
uſque non ſubvenis? quouſque diſſipari opus tuum,
deleri imaginem tuam, tibi creaturam tuam, permit-
B tis? Ubi eſt Chriſtus tuus toties nunciatus, per legem,
per nos, per Prophetas multifariè promiſſus? Veniat,
veniat, priuſquam pereunte ſæculo, in ſæculo nil in-
veniat quod reſalvet. Veniat, veniat, ut carnem re-
paret, invet animam, ipſam naturam, cœleſtem
commutet ſubſtantiam. Veniat, ut peccatum tollat,
mortem deleat, deſtruat infernum, vitam reddat, do-
net cœlum, ne ampliùs terrena labes poſſit in nobis in-
venire quod perdat.

Variæ Interpretationes variorū.
Sed contra fidem adeò exacti verbaliſque interpretis,
quem profitetur, non debuit Pagninus addere: *conteres*
me, Cajetanus, *iratus eris*: Hieronymus ſupplet in
Commentario: Uſquequò animam meam conturba-
tam vehementer non eripis, non corrigis, non emen-
das? Gregorius: Quamdiu differs ſanare? cur diſſimu-
las, quum non ſit tibi minor potentia, quàm voluntas?
Caſſiodorus; Quouſque turbaris contra me? (quod
etiam habet Gregorius) quia ego ad pœnitentiam turba-
tus ſum. Lyranus: Uſquequò ſuſtinebis populi perſecu-
tionem, & meam afflictionem? Chaldæus Paraphra-
C ſtes: Uſquequò dilationem, aut refrigerium mihi?
עראימתי ריח לי *hhad emathai reiachli*. Non accuſat
carpitve Deum David, ejuſve inclementiam: nec impa-
tiens eſt: ſed vim demonſtrat malorum, quibus pre-
mebatur, atque depulſionis eorumdem ardentiſſimum
deſiderium declarat. *Quum vix parvam ſtillam l, ſer-* l Job 26.14
monis Dei audierimus, quis poterit tonitruum magnitudi-
nis illius intueri?

Differt Deus ut exaudiat tempore accepto *m*, qui a- Differt Deus ut exaudiat tēpore accepto.
lioquin exaudire dicitur etiam cordis præparationem
n, ut vidimus Pſalmo quarto *o*. Dilatio facit, ut ma-
jore conatu conſtantiaque peccator convertatur, & ut m 2. Cor. 6.2 Iſa. 49.8
difficultas ſanationis, diligentior ſit cuſtodia receptæ ſanita- n Pſal. 9.18
tis, inquit Auguſtinus, & Gregorius, & agnoſcant o- o verſ. 2.
mnes quanta pœna impiis præparetur; qui ſe nolunt Dilatio facit ut majore conatu conſtantiaque peccator convertatur.
convertere ad Deum, ſi tantam difficultatem conver-
tentes patiuntur, juxta illud *p*: *Si juſtus vix ſalvabitur,*
impius & peccator ubi parebunt?

Extendit idem Auguſtinus alibi *q*, ſententiam ad o-
mne tempus certaminis noſtri dum vivimus: & Deum
D facit reſpondentem, ad hoc, *uſquequò?* ut probes, p 1. Pet. 4.8 Sententiæ extenſio.
quia ego ſubvenio. Si enim citò ſubvenirem, luctamen
non ſentires, tamquam de tuis viribus ſuperbires, & q Sermo 3 de verb. Apoſt.
per iſtam ſuperbiam numquam ad victoriam pervenires.
Subdit ad objectionem ex Iſaiæ *r*, loco: Adhuc te lo- r c. 58.9. Deus & cum differt, adeſt.
quente dicam; *Ecce adſum*. Sed Deus & quum differt,
adeſt, & differendo abeſt, ne præproperam quum im-
plet voluntatem perfectam non impleat ſanitatem. Af- ſ 2. Cor. 12.9
fert exemplum colaphizati Pauli *ſ*, & poſt trinam ora-
tionem audientis: *Sufficit tibi gratia mea*. Confirmat e- Vulgatum Chriſti Antonio datū reſponſum.
xemplo medici, qui tunc magis ægro adeſt clamanti,
quando ſecat. Vulgatum Chriſti Antonio datum re-
ſponſum *t*, poſt Dæmonum divexationem, dum ille t Athanaſ. vita.
abfuiſſe ipſum queri videretur.

Diſtinguenda in juſtificatione ſunt remiſſio culpæ, Diſtinguenda in juſtificatione
commutatio pœnæ æternæ, condonatio etiam tempo-
ralis pœnæ, reliquiæ peccatorum, hoc eſt, habitus mali,
pravæ inclinationes, &c. & extra juſtificationem pœ-
nalitates, tentationes externæ, & internæ, fomes ipſe
peccati. Prima duo ſimul ac ſtatim remittit Deus bene
diſpoſito pœnitenti: reliqua ſupereſſe ad tempus poſ-
ſunt,

ſunt, maximè, quartum, quintum, ſextum, idque ad exercitium, & meritum, ſtium, quamdiu peccator plenè non ſatisfacit.

Abutentes hoc & priore verſu, circa Purgatorium. a Pſ. 114. 3 De animabus in Purgatorio. Lutheri & aliorum ſententia. b 4. Diſt. 21. q. 1. a. 1. q. 4 c Artic. 38 d l. 2. De meri. Operum c. 8. Veniale peccatum non eſt tale niſi ex miſericordia Dei. e l. de 4. Noviſſimis a. 47 f lect. 1. de vita ſpiritus Bay, Roffēſis de venialibus peccatis ſententia. g Con. 4. 32 Lutheri. h cont. a. 38

Abutuntur hoc, & priore verſu, atque ſimilibus aliis, quibus Eccleſia utitur in officio Defunctorum; ut a *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni invenerunt me*, &c. hi qui putant animas in Purgatorio turbari, & anxias atque incertas eſſe de ſua ſalute, ac metuere damnationem æternam. Fuit hæc ſententia, cujus meminit longè priùs B. Thom. *b*, Lutheri *c*, antequam Purgatorium negaret: qui etiam addidit, eas deſperare, & peccare: Hoc excepto, fuit etiam ex Catholicis Michaelis Bay *d*, & Dionyſii Carthuſiani *e*, qui nonnullas de hoc viſiones refert. Deduci poteſt præterea ex doctrina Gerſonis *f*, & Roffenſis *g*, quum docent, veniale peccatum non eſſe tale niſi ex miſericordia Dei, poſſeque juſtè puniri in æternum, ſi Deus velit: nam ſi hoc eſt, ſequitur, animas illas, quæ habent venialia peccata, non poſſe certò ſcire an punientur in æternum. Undè Bajus idem ſentiens de venialibus peccatis, abſurdum ducit, hujuſmodi animas certas eſſe de ſua ſalute. B Quamvis Roffenſis *h*, exiſtimet illas certas, quod ſatis non cohæret cum alia opinione, niſi dicat iis conſtare, nolle Deum punire pœna æterna, idque aut ex revelatione, aut ſi locus Purgatorii diſtinctus ſit à loco Damnatorum, nec in eum ingrediantur niſi animæ quæ pœnas dumtaxat ſolvere temporales debent.

Sed reſpondendum, omiſſa refutatione ſententiæ de peccati venialis à mortali diſcrimine, quòd ſanè longè aliud eſt, ac ex ipſa natura rei: poſita quoque veritate, quòd nullo modo dubitent de ſua ſalute animæ in Purgatorio, quum ſint extra merendi demerendique ſtatum, & ſententiam ultimam acceperint, nec ignorent, locum, in quo ſunt, eſſe Purgatorium: ſicut & quæ ſunt in Inferno, ſciunt ipſum inferni locum, ut patet ex divite Epulone *i*; & Eccleſia orans pro illis, dicat *k*, dormire in ſomno pacis, hoc eſt, abſque anxietate & deſperatione, inter ipſa etiam tormenta, &, ut argumentatur Thomas *l*, ſuffragia non peterent, ut aliquando facit, niſi ſe ſcirent liberandas: His, inquam conſtitutis ita reſponderi debet: Non omnia verba Pſalmorum, aut ſimilium aliorum Scripturæ locorum, quos adhibet Eccleſia in Officio pro Defunctis, ad litteram convenire Defunctis oportet. Exempli cauſſa, quod ſequitur in hoc Pſalmo, intelligi de ipſis non poteſt *m*; *lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo*. Sufficit Eccleſiæ in uſurpatione tali Scripturarum, ſi ſententia aliqua faciat ad rem præſentem, ut multis exemplis oſtendi poteſt: quemadmodum in Transfigurationis feſto illa ſententia Pſalmi 85. *n Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt*, &c. Igitur in Officio defunctorum ad rem pertinent verba hujus noſtri Pſalmi *o*, *Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum*; ſicut & centeſimi decimi quarti *p*, *Placebo Domino in regione vivorum*. Lege Bellarminum *q*, Suarez *r*, Sotum *ſ*, Cajetanum *t*, Scholaſticos *u*, alios, B. Thomam *x*.

i Luc. 16. 28 k in Canone Miſſæ. Animæ Purgatorii de ſua ſalute non dubitant. Eum locum in quo ſunt eſſe Purgatorium. l ſupr. Quid ſit dormire in ſomno pacis de iis qui ſunt in Purgatorio. Argumentatio Thomæ, de ſuffragiis quæ poſcunt animæ. Ad litteram nō ſemper omnia convenire neceſſe eſt. m verſ. 7 n verſ. 13 o verſ. 3 p verſ. 9 q 2. de Purg. r Tom. 4. diſp. 47. ſect. 3. Paragr. 5 ſ 4. Diſt. 19 q. 3. a. 2. t Tom. 1 Opuſc. Tr. 23 q. 2. u 14. diſt. 45 x 4. diſt. 21 q. 1. a. 2. q. 4 y Gen. 8. 3. & ſeq. Cant. 6 12. z Pſal. 84. 4 a verſ. 3.

Verſ. 5.] Convertere Domine, & eripe animam meam; Salvum me fac propter miſericordiam tuam.

FACILIS ſententia, qua poſt cohibitam orationem per reticentiam, averſum à ſe quodammodo, & indignantis in ſpeciem ſe adverſus eum gerentem, ut benignè dignetur vultum convertere, atque ſalutem conſtituere, & de periculis liberare, de morte imminente, de infirmitate, ac dolore præſente ſupplex petit.

Convertere.) Ἐπίστρεψον, *Converte*, nimirum *teipſum*: שׁוּבָה *ſciuvah*, *Revertere*: quo pacto alibi *y* vertitur hoc verbum. Idem ſibi vult illud *z*, *Avertiſti ab ira indignationis tuæ, atque converſus es ab ea*: & quod legitur Hebraicè Pſalmo 59. *a Iratus es, & converſus es nobis.* Vertunt LXX, *& miſertus es.* ᾠκτείρησας. Quando converſus reſpexit Chriſtus Petrum, Petrus ipſe converſus flevit amarè. Putabant hoſtes David receſſiſſe ab ipſo Deum. Videbatur Deus averſa facie, irati in morem, contra illum eſſe, propter graves infirmitates, nec exaudire velle.

Didymi & aliorum interpretatio.

Didymus, Hieronymus, Auguſtinus, Innocentius præter iſtum communem, dant alium ſenſum, ut converti faciat Deus animam. Sic verò dicendum eſſet, *converte*, quod fert verbum Græcum: vel *convertere* etiam dicetur rectè, eodem ſenſu, quia non convertitur Deus, niſi converti faciat animam. Unde illa: *Convertimini b, ad me: & ego convertar ad vos; Si converteris c, convertar ad te; Converte d, nos Domine, & convertemur ad te; Converte me e Domine, & convertar; Deus converte f nos, & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus. Sentitur enim in converſione labor*, inquit Auguſtinus, *ut idcirco addatur: & erue animam meam, tamquam inhærentem perplexitatibus ſæculi, & ſpinas dilacerantium deſideriorum patientem*. Lege aliis locis eumdem *g*, quo modo nobis, Deoque converſio noſtra tribuatur. Sed Concilium Tridentinum *h*, paucis verbis ita explicat: In ſacris litteris quum dicitur; *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*, libertatis noſtræ admonemur. Quum reſpondemus: Converte nos Domine ad te, & convertemur: Dei nos gratia præveniri confitemur. Explicari res poſſet exemplo Joas manibus jacientis ſagittas; quum ſuas Eliſæus ſuper illius manus impoſuiſſet *i*. Significat enim Eliſæi nomen, *ſalutem Dei*. Tertius innuitur ſenſus ab eodem Auguſtino, & clariùs à Gregorio, Remigio, Haymone, Brunone, ſicut anima mea converſa eſt ad te per turbationem pœnitudinis, ita ut convertere ad eam per ſerenitatem miſerationis.

b Zach. 1. 3 c Jer. 15. 19 d Thr. 5. 21 e Jere. 31. 18 f Pſa. 79. 4. 8 15. 20 g 2. ad Bon. 8. ep. 8. de Gratia, & l. arb. cap. 5 Quomodo nobis Deoque converſio noſtra tribuatur. Conc. Trid. explicatio. h Seſſ. 6. c. 5 i 4. Reg. 11. 16 Tertius ſenſus.

Quemadmodum tribus modis, ut Innocentius notat, avertitur Deus ab aliquo: gratiam ſubtrahendo: *Ne avertas iram tuam à me k*; pœnam æternam infligendo; *Averte iram tuam à nobis l* (quæ tamen potiùs irata converſio dici poſſet,) pœna temporali afficiendo *m*; *Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus*; ita tribus modis convertitur ad aliquem. Nam de gratiæ infuſione poſſunt quæ tractamus verba ſumi de condonatione pœnæ æternæ illa priùs citata *n*; *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*; de temporalis remiſſione *o*; *Convertere Domine aliquantulum, uſquequo?*) *& deprecabilis eſto ſuper ſervos tuos*. Initium converſionis à Deo eſt: averſio ab eodem tota noſtra eſt. Ad malum, ait idem Auguſtinus *p*, prior eſt voluntas hominis, quàm Dei (pro ut privat gratia) non enim homo deſerit Deum, quia deſertus eſt ab illo, ſed deſerendo meruit ipſe ab ipſo deſeri. Primo allatus loco ſenſus maximè litteralis. Saul evocato per Pythoniſſam Samueli dixit *q*; *Coarctor nimis, ſiquidem Philiſtiim pugnant adverſum me; & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit, neque in manu Prophetarum, neque per ſomnia. Vocavi ergo te, ut oſtenderes mihi quid faciam*. Et ait Samuel: *Quid interrogas me, quum Dominus receſſerit à te, & tranſierit ad æmulum tuum?* &c. Simile quid quadam ex parte David ſubverebatur; omnino autem ſibi de illo adverſarii ejus perſuadebant. Quocirca exclamat. *Convertere Domine*, ſive Revertere, qui receſſiſſe crederis. Et alibi in pari cauſſa *r*: *Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me*. Loquitur, ait Trevetus, more parvuli clamantis quando invaditur, nutrice recedente. Chryſologus *ſ*, quærens undè, & ubi converti debeat Deus; reſpondet de Deo in hominem, de Domino in ſervum, de Judice in patrem, ut pium converſio illum demonſtret, quem poteſtas terribilem comminatur.

Tribus modis avertitur Deus ab aliquo. k Pſ. 68. 18 Pſalm. 42. 7 l Pſal. 84. 5 m Pſ. 29. 8 Tribus modis ut convertitur Deus. n Zach. 1. 3 o Pſ. 89. 13 Initium converſionis à Deo eſt: averſio ab eodem tota noſtra eſt. p 13. de Civit. cap. 13 q 1. Reg. 28 15. 16 r Pſal. 37. 22 ſ Serm. 43

Eripe animam meam.) Meipſum à periculo, & vitam D meam, tum corpoream, tum ſpiritualem, & hanc, ne peccem. Notæ acceptiones iſtæ, utique his plures, quas etiam affert Innocentius. Qui perſiſtunt in Tropologia, ultimum eligunt: notatque Chryſoſtomus: hoc Juſtos in primis quærere, non præſentis. Auguſtinus, Gregorius, Remigius, & alii in *eripiendi* verbo obſervant impedimenta, quibus anima implicita eſt, ne vel conſequatur ſalutem, vel adeptam tueatur; Caſſiodorus, & Alcuinus, imminens ſupplicium debitum errantibus; Euthymius, afflictiones; Bruno, peccata. B. Thomas utitur exemplo rapti ad ſupplicium, & implorantis liberatorem, juxta illud: *Erue illos, qui ducuntur ad mortem t: Eripe me de luto, ut non infigar u: Eripuit nos de poteſtate tenebrarum x: Eripe animam meam ab impiis y* Omnis pœnitens eripi petit à peccatis, & eorum affectibus ac reliquiis; ab inſidiis, & oppugnationibus Diaboli, ab illecebris mundi, à titillationibus carnis, ab erroribus his qui avocant ab agenda pœnitentia; à periculis, & occaſionibus omnium peccatorum.

Auguſtini & aliorum obſervatio in eripiendi verbo. t Prov. 24. 11 u Pſa. 68. 15 x Coloſſ. 1. 13 y Pſa. 16. 13

Salvum me fac propter miſericordiam tuam.) Gratis, ac prior Deus prævenit, & excitat peccatorem: cum juſtificat, remittendo peccata, gratiamque ſanctificantem largiendo: Juſto ſubindè nova præbet auxilia ad res difficiles vel agendas, vel vincendas: perſeverantiæ concedit donum, glorificat, qui ultimi duo effectus ex mero beneplacito divinæ voluntatis & bonitatis, per ſe pendent, licèt non ſine cooperatione noſtra.

Verſ. 6.] Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in Inferno autem, quis confitebitur tibi?

NON ſolùm uni gratiæ, benignitatique tribuam tuæ, ſi me dignaberis liberare, ſed tuo teipſum quodam quaſi provoco ad hoc faciendum emolumento, ut habeas me tuæ illius benignitatis præconem, & laudatorem, ſi immatura me morte eripias, præſtare id non licebit; quemadmodum non eſt ex mortuis ullus, qui apud viventes agat memoriam tui; non in Inferno, ſepulchrove, qui celebrare apud mortales nomen tuum poſſit. Sed & hoc edito in me ſingularis exemplo miſe- B ricordiæ tuæ, gloriam decuſque tuum ceteri celebrabunt, & ad pœnitentiam excitabuntur. Denique dum vivo, & vacat, ſine quæſo ut promerear te bonis operibus: poſt mortem enim præcidetur penitus facultas.

Didymi ſententia. Quid ut impiam opinionem arguit Didymus.

Hæc ex enarratoribus colliguntur: ſed ultimum pertinet magis ad myſticum ſenſum. Falli putat Didymus, qui de communi morte interpretantur, ſed & impiam opinionem ait eſſe, quia ſancti viri quando ex hac vita migraverint, multo magis memoriam Dei habent. Vult autem agi de morte peccati, quæ delinquentem animam à vita, quæ virtuti eſt conjuncta, ſeparat, & petere Davidem, ne infirmitate, ac turbatione, invaleſcente, abſorbeatur ab hujuſmodi morte. Argumentatur præterea quoniam non eſt dictum: Qui eſt in morte, non memor eſt Dei: ſed non eſt in morte, qui memor ſit ejus quaſi dicat: Is qui memor eſt Dei, non eſt in morte nempè peccati, loquendo de memoria practica, ſicut & Chriſtus dixit: *Qui a ſermonem meum audit*, ſervaverit *mortem non videbit in æternum*. Non reſpuo mortis dictam C acceptionem, quæ placuit etiam Auguſtino, Gregorio *b*, Euthymio, Brunoni, Ricardo Pampolitano, & aliis. Caſſianus *c*, (qui multis hoc verbis explicat, tum confirmans exemplo viduæ, quam, quum in deliciis eſt, Paulus *d*, *viventem mortuam* vocat) ſicut è contrario multos corpore mortuos oſtendit Deo confiteri. Et certum eſt, pro eo ſtatu, in quo quis mortuus eſt ſpiritualiter, vel obrutus obſtinationis, ac deſperationis tamquam ſepulchri & inferni fovea, non poſſe meminiſſe practicè, atque meritoriè Dei, quia *quum in profundum venerit peccatorum, contemnit e*.

a Joan. 8. 51. Auguſtini & aliorum interpretatio. b Hic, & 8. Moral. c. 24. & in Pſ. 7. Pœnitentialem. c Collat. 1. cap. 24. d 1. Tim. 5. 6 e Prov. 18. 3 Alius ſenſus.

Senſus præterea poſſet eſſe, *in morte*, hoc eſt, tempore quo quis moritur: non eſſe, qui ſit memor Dei, quia vix id contingit his, qui ipſa mortis agonia opprimuntur; multo autem minùs mole priorum peccatorum gravatis. Innuit Auguſtinus *f*, & Innocentius III. repetens Auguſtini verba, Juſto judicio tali animadverſione puniri peccatorem, ut moriens obliviſcatur ſui, qui dum viveret, oblitus eſt Dei. Sic Antiochus orabat ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecutus *g*.

f de Salutari Docum. c. 39. Juſto judicio moriens obliviſcitur ſui, qui dum viveret oblitus eſt Dei. g 2. Machab. 9 13.

Verumtamen planior expoſitio eſt de tempore poſt mortem, quod ad merendum inutile eſt, & de Inferno, prout eſt locus, in quo mortui recipiebantur, etiam Juſti ante aſcenſionem Chriſti. Sic explicat Euſebius *h*, Damaſcenus *i*, (qui admittit confeſſionem eorum quos in deſcenſu Chriſtus liberavit non tamen ut meritoriam,) Cyrillus *k*, Alexandrinus, Chryſoſtomus *l*, (qui dat exemplum divitis in inferno confitentis *m*, verum inutiliter, & probat ex Scriptura, quod nullius tunc proderit interceſſio) Euthymius, Nyſſenus, Theodoretus, Baſilius. Ex Latinis Cyprianus *n*, (qui citat Pſalmum 29. *o*. *Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Hieronymus *p*, qui profert ſimilem ſententiam alterius Pſalmi *q*: *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in Infernum*: Auguſtinus *r*, (faciens de Divite mentionem) Gregorius *ſ*, refellens affirmantes, liberaſſe Chriſtum, quando deſcendit ad Inferos, qui illic confeſſi eſſent cum Deum: neceſſaria namque fuiſſe & præcedentia A bona opera. Qua de re dixi commentario epiſtolarum Petri *t*. Philaſter *u*, citatus à Gregorio: Leo Papa I. *x*, Caſſiodorus, qui inanem affert inſenſatorum pœnitentiam in Inferno, de qua Sapiens *y*,) Divitem quoque illum jam dictum *z*, commemorat, ſicut & Remigius & Haymo. Hic addit ex Cantico Ezechiæ: *a Non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te.* Eadem ſententia Clementis *b* Romani.

Planior expoſitio. h in Catena. Euſebii & aliorum expoſitio. i in Hiſt. de Barlaam & ſerm. de Mortuis. k 3. in Joan. cap. 18. l Hic, & hom. 43. in Geneſ. Hom. 73. in Matt. Hom. 33. in Joan. m Luc. 16. 24 & ſeq. n l. 13. c. 114 o verſ. 10. p Hic, & in Pſ. 105. & in c. 38 Iſ. & in c. 5. Oſea. & in c. 5. Am. q Pſ. 113. 17. r Hic, & 2. de Symbolo c. 8. ſ l. 6. ep. 15. Gregorius, refellens affirmantes, Chriſtum quando deſcendit ad inferos, liberaſſe omnes qui illic confeſſi eum eſſent Deum. t 1. ep. 3. & 4 u Apud Gregor. ſupra. x ſerm. 5. & 6. de Epiph. y Sap. 5. 4. z Luc. 16. a Iſa. 38. 18. b 2. Conſt. cap. 13.

Omnia ſimul complexus eſt Innocentius III. & locum Eccleſiaſtici *c*: *Amor tuo, tamquam ab eo qui non eſt* (quaſi nihil) *perit confeſſio*. B. Thomas Eccleſiaſten *d*: *Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit*. Idem ſentit Hugo Cardinalis, Bonaventura *e*, Rupertus *f*, Lyranus, Ludolphus, Dionyſius, qui adhibet aliud Eccleſiaſtæ *g*, teſtimonium. *Quodcumque poteſt facere manus tua, inſtanter operare, quia nec opes, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas*. Valentia Cajetanus, Eugubinus, Titelmanus, Folengius, Janſenius, Campenſis, Lindanus, & alii.

c c. 17. 26. d cap. 11. 3. e in c. 4. Luc. f 8. in Iſ. c. 8. g c. 9. 10. Lyrani ſententia. h 2. Reg. 18. 33. i Iſa. 38. 18. 19. 20.

Lyranus videtur velle Davidem non ſibi timere, ſed populo, qui ſubitanea peſtilentia extinguebatur, ne diſcederet cum peccato mortali, quod ei erat valdè lugubre, ſicut & Abſalonis interitus *h*, qui ſic deceſſerat.

Valdè facit ad rem exemplum Ezechiæ, qui edidit ægrotus canticum ſuum; ac inter cauſſas impetrandæ valetudinis, illam poſuit: *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam*: non figent in eam oculos admirando, & celebrando) *Vivens, vivens, ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam, Domine ſalvum me fac, & Pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus noſtris in domo Domini*.

Confirmatur idem alio Pſalmo *k*: *Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi? nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam & veritatem tuam in perditione? Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & juſtitia tua in terra oblivionis?* Item, *Nunquid l, confitebitur tibi pulvis, aut annunciabit veritatem etiam?* &; *Non m, mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in Infernum; Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino*. Eo tempore, quo pauci cultores erant Dei, magni referebat aliquem regem eſſe cultus divini ſtudioſum, qualis David, & Ezechias. Sed & Baruch hoc valdè urget *n*: *Aperi oculos tuos, & vide: quia non mortui qui ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt a viſceribus ſuis, dabunt honorem, & juſtificationem Domino: ſed anima, quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curva, & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens, dat tibi gloriam, & juſtitiam Domino*.

k Pſ. 87. 11. 12. 13. l Pſ. 29. 10. m Pſ. 113. 17. n c. 2. 17. 18.

In morte.] Mors vel corporis eſt, vel ſpiritualis, quando quis mortaliter peccat: vel gehennalis, quæ vocatur etiam ſecunda *o*: vel gratia, quum quis moritur peccato. Denique Chriſtus ipſe mors mortis fuit *p*, primæ, & tertiæ, promerendo nobis gratiam, corporis immortalitatem, atque liberationem ab æterna damnatione: quartam pariter obtinuit, & ejuſdem exemplaris cauſſa extitit efficienſque, ſicut & reſurrectionis, ita ut reſurrexiſſe dicatur propter juſtificationem *q* noſtram, Legendus Innocentius III. Hinc porrò colligitur Origenis confutatio, tum Beatos, tum Damnatos à ſuo ſtatu poſſe decidere, & alios in aliorum ſtatum tranſire, ac fore aliquando, ut omnes Damnati regnent cum Chriſto. Objiciuntur quædam de anima Trajani, & ſimilium de prædicatione Chriſti in Inferno, de qua Petrus *r*. Sed facilis reſponſio negando tales hiſtorias, & Chriſtum ullum de Damnatis liberaſſe, ut fuſiùs docui Commentario in Petrum.

Mortis genera varia. o Apoc. 2. 11. Mors Chriſti qualis fuerit. p Oſea 13. 4. 1. Cor. 15. 54. q Rom. 4. 25. Origenis opinionum confutatio de Beatis, & damnatis. De anima Trajani objecta & alia r 1. ep. 3. & 4 Chriſtus nullum de damnatis liberavit.

Locum, & ſtatum mortuorum nomine *mortis* intelligit Genebrardus cum Hebræis, & mortuos, qui ſunt in ſtatu perditionis: Juſtos namque quorum animæ in manu Dei ſunt *ſ*, cenſent potiùs appellandos vivos, vel hac quoque de cauſſa, quòd eorum extent in nos beneficia, ita ut non otiando vivere ſic judicentur.

Genebrardi interpretatio. Juſti quorū defunctorū in manu Dei ſunt animæ potius appellandi vivi. ſ Sap. 3. 1.

In Inferno.] Idem Innocentius variam diſtinguit acceptionem *Inferni*, pro Miſeria præſentis vitæ, Profundo vitiorum, hiatu terræ, ſubterraneo loco Damnatorum, aut ante Chriſti aſcenſionem, Juſtorum adde poſt illud quoque tempus, tum eorum, qui cum ſolo moriuntur

Variæ acceptiones Inferni.

tur originali peccato: tum qui quum ſint juſti, aliquid adhuc debent pœnarum perſolvere, quod appellatur Purgatorium. Vult præterea hoc nomen dici de Diabolo ipſo, atque de quolibet, qui trahat alios ad introitum. Pro *Inferno* eſt hic Hebræa vox שאול *ſceol*, Græca ᾅδης, de quibus egimus in capite ſecundo Actuum Apoſtolorum *a*, oſtendentes *mortem* quandoque ſumi pro inferno, & hunc pro illa, quia ante Chriſti aſcenſionem ſimul hæc duo contingebant, Mori, & in Infernum deſcendere. Unde *de manu mortis liberare* apud Oſeam *b*, idem eſt, quod de manu Inferni, ut demonſtrat Ribera *c* noſter. Atque ita hoc loco poſſemus mortem & infernum ut ſynonyma ſumere, atque eamdem bis repetitam ſententiam; *Non eſt in morte qui memor ſit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?* nempe nullus. Patet quod maximè attuli de morte pro loco ſtatuque mortuorum.

a verſ.24. Mors quandoque pro Inferno, & Infernus pro morte. b c.13.14. c ibid.n.22. & ſeq.

Si eamdem illam vocem Hebræam alicubi concedamus *foveam*, & *ſepulchrum* ſignificare, de quo citato loco diximus, nihil oberit ſententiæ præſentis, quamvis ita accipiatur; prout & in ſua verſione poſuerunt Vatablus, Pagninus, Cajetanus, & exponit Trevet, à. At Hieronymus, Felix, Pellicanus, Campenſis, Nebienſis, & alii retinent *Infernum*: & quum propriè ſignificare poſſit, non poſſit autem ᾅδης *ſepulchrum*, non eſt ferenda tanta libido recedendi ab Antiquis in editione Scripturarum.

Vatabli verſio & aliorum. Hieronymi alia & aliorum.

Argumentantur hinc aliqui Hæretici, animas Defunctorum non juvari ſuffragiis vivorum. Reſpondet iſti loco Damaſcenus *d*, minas Dei eſſe, ab ipſius tamen humanitate ſuperari, & precibus ſententiam mutari. Nihil opus hoc reſponſo, quod etiam non eſt verum: ut nec Oratio de Defunctis Damaſceni videtur, ob alia non pauca quæ continet. Habendum in allato ſenſu, nec Damnatos ullo modo, nec alios meritoriè aut ad exemplum mortalium Deum laudare. *In inferno quis miſericordiæ locus?* (ait Chryſologus *e*, agens de divite qui ſepultus in inferno clamabat *f*,) *in tormentis quæ ſpes veniæ? & in hora ſententiæ tempus indulgentiæ quis requirit?*

Hæreticorum hinc argumentatio. Animas defunctorum non juvari ſuffragiis vivorum. d Orat. de Defunctis. Rejicitur Damaſcenus in quibus. e Serm.66. f Luc. 16.

Non eſt in morte qui memor ſit tui.] Etſi vates intelligit jam defunctos, vel qui ſint quoque in ſtatu perditionis, diſputatum tamen a veteribus, ſi quis eſſet in morte ſenſus. Colligit Briſſonius *g*, multa ex variis auctoribus. Diſſerit Seneca *h*, in utramque partem. Negaſſe veteres refert Tertullianus *i*.

g 8. de Formulis. h de conſol. cap.24. i lib. de reſurr.

Verſ.7.] Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

SIC PIE Domine tua nitor miſericordia, & offero grati ſignificationem animi laudes tuas, quas damnati nullo modo, alii non poſſunt cum merito celebrare, vel cum exemplo ſuperſtitum, ut partes pænitentis non prætermittam. Flectere conor paratam pænitentibus miſericordiam illam tuam, irrequietis ſuſpiriis nocturnoque tempore vacuus aliis curis, & ob ſolitudinem culparum magis memor, tempero à ſomno, lectum lacrymis madefaciens, illas deflo. Rectè noctem lethiferam, qua fortè commiſſum eſt adulterium, ſingularum lamentatione ac ploratione noctium compenſat, ut Euſebius notat, & lectum adulterio pollutum lacrymis lavat, & quadam ratione repurgare nititur, ut ait Theodoretus, Caſſiodorus, Nyſſenus *k*: & ſe Numen divinum placare conatum docet, ut monet idem Nyſſenus *l*, qui exaggerat hanc tantam David pœnitentiam, per quam imperio: & amicitia Dei liberè fruitus eſt *m*. Exaudierat David tamen translatum, ac dimiſſum peccatum ſuum. Simile Petri exemplum, Magdalenæ, & aliorum pænitentium. Illius erant oculi ſanguinei, teſte Nicephoro *n*, quòd aſſiduo feratur ploraſſe, & in Recognitionibus Clementis eſt, quoties audiret galli cantum, erupiſſe in lacrymas, ac pannum, quo oculos extergeret, manu continenter geſtaſſe.

Euſebii obſervatio. k in Pſalm.6. l ibidem. Davidis pænitentiæ exaggeratio. m Orat. ad eos qui alios durius judicant. n l.2. c.37. Petri lacrymæ quoties audiret galli cantum.

Provocant vehementer nos enarratores omnes hoc ad pęnitentiam exemplo, prætereaque Ambroſius *o*, & aliis locis Auguſtinus *p*. Item Cyrillus *q*, Jeroſolymitanus, qui lacrymis ait vindicaſſe concupiſcentiam oculorum; Cæſarius Arelatenſis *r*, qui ſimiles affert locos: *Rugiebam à gemitu cordis mei*]: *Potum meum cum fletu miſcebam s*: Ephrem qui dicit lectum adulterio contaminatum lachrymis laviſſe, ſtratum rigaſſe, quod nefario complexu polluerat: & in lacrymis nocturnis obſervat fugam laudis alienæ *u*, in gemitu etiam, qui comprimitur intus. Præterea Chryſoſtomus *x*, qui addit illud aliud *y*: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, ac talibus oculis nihil formoſius eſſe, quaſi margaritarum decore ornatis.* (Sunt lacrymæ illarum ſymbolum, ut Suidas *a*, & Pierius *b*, tradunt.) Urget autem *c*, pſallentes quotidie hunc Pſalmum, & ridentes tamen: nec non delicatos & alias occupationes prætexentes *d*. Pacianus quoque legendus *e*.

Ad pęnitentiam vehemens provocatio. o 3. de Virg. 2. de Pænit. c.8 & 11. in Pſ.118. ſer.7. p Serm. 58. de Temp. q Catech.2. r Homil.1. s Pſ.37.9. t Pſ.101.10. u Tom.3. ſer. de Pænit. x ibidem. y Hom.30. in Geneſ. z Pſ.41.4. a verbo Margarita. Lacryma margaritarum ſymbolum. b lib.28. c Hom.15. in ep. ad Hebr. d Supra, & hom.42. ad populum. e Paræneſi de Pænit.

Continent hæc præterea monitum, & exemplum perſeverantiæ, ac ne facilè præteritarum obliviſcamur culparum. Qua de re Gregorius *f*. Hæ ſunt *murænulæ aureæ*: pro quibus legunt alii *turtures*: quod animal ſymbolum eſt luctuoſæ perſeverantiæ: mortuo namque compare vitat volucrum conſortium, perpetuò mœrens, gemenſque & cœlibatum conſervans: volans ſola, in frondeſcenti ramo non reſidens.

f 21. Mor. c.6. Turtur luctuoſæ perſeverantiæ ſymbolum.

Comparari David pænitentia poteſt cum luctu Eſther quo placare nitebatur Deum *g*, elegantiores deponendo veſtes, caput cinere aſpergendo, jejunando, loca, in quibus antea lætari conſueverat, crinium laceratione complendo. De ſacco meminit ipſemet David *h*: de cinere, quem tamquam panem comederet, & potu, quem cum fletu miſcebat *i*: de jejunio *k*: tandem inter loca cenſeri poteſt lectus & ſtratum.

Luctus Eſther qualis. g Eſth.14.2. h Pſ.29.12. i Pſ.101.10. k Pſ.34.13. & 108.24.

Laboravi in gemitu meo] Cyrillus *l*, *laboravi*, vult eſſe pro, *laborabo*: quia futuri temporis eſt aliud verbum, *lavabo* & *rigabo*: Hieronymus in Commentario poſteriora duo verba ſumere, ut præterita. Exponit enim: Miſerere mei quia hæc feci. Campenſis omnia effert per præſens tempus. Ceteri retinent diſtinctionem temporum, ut tamquam parum profuerit laboraviſſe in gemitu addat, quod ait Auguſtinus, & dicat, *lavabo*, &c. Notavit hoc idem Chryſoſtomus, Gregorius, & alii. Idem Gregorius, & Remigius in *laborandi* verbo ſtudioſam diligentiam obſervant quaſi contenderit ut exprimeret gemitus, ac ſuſpiria. Chaldæus ait: *Laſſatus ſum in ſuſpirio meo.* Sic Jeremias *m*, de Baruch dicente: *Væ miſero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo laboravi in gemitu meo, & requiem non inveni.*

l Catech.2. Illuminator. Variæ interpretationes. Gregorii & Remigii obſervatio. m cap.45.3.

Innocentius diuturnum & continuum gemitum interpretatur. Ephrem, ut dixi, eum laborem, qui eſt in gemitu comprimendo, ne foras prodeat: quaſi velit his verbis innuere Davidem tempus diurnum, quo tempore propter humilitatem nolebat laxare lacrymas coram aliis. Innuitur quoque naturalis difficultas in exercitio virtutis. Chriſtum in deſertum duxit *n*, expulit, egit, duxit Spiritus. Unde toties hoc loco *turbandi* verbum repetitur. Labor denotatur cum laſſitudine per verbum יגעתי *iagahhthi*, & ἐκοπίασα, & magis expreſsè per Chaldæum אשתלהית *iſchihallethi*, eſt אנחה *anachah*, & στεναγμὸς gemitus atque ſuſpirium. Hilarius *o*, lacrymas appellat ſudorem animæ mœrentis. Facit etiam vim Gregorius in pronomine *meo*, ideſt, inquit, modo mihi proprio; nemini enim ſicut mihi ingemiſcendum exiſtimo, quia præ omnibus me peccaſſe perpendo. Innocentius diſtinguit laborem quadruplicem communem omni homini, qui *ad eum natus eſt p*: Impii, qui ut *iniquè agat, laborat q* Juſti, qui *manducat labores manuum ſuarum r*: Damnati: qui *laborat in æternum ſ*.

Innocentii & aliorum interpretatio. n Matth.4.1. Marc.1.13. Luc.4.1. o 10. de Tri. Lacrymæ ſudor animæ mœrentis. Vis in pronomine meo. Innocentii diſtinctio laboris quadruplicis communis omni homini. p Iob.5.7. q Jer.9.5. r Pſ.127.2. ſ Pſ.48.9.

Lavabo per ſingulas noctes lectum meum] Hieronymus, *Natare faciam*: Pagninus eodem modo, & Cajetanus, Vatablus; *Natare facio*. Felix, *Natabilem reddam*, vel *fœdabo*, ſeu *coinquinabo*. Chaldæus; *loquar in dolore meo tota nocte ſuper lectum meum* &c. אמלל *amallel*. Noctes exprimit, ut etiam dixi, ad indicandam noctem, qua patravit adulterium, (quamquam quis ſcit an de die?) vel ut clam ceteris largiùs fleret. Adde, hoc tempus magis ad id eſſe opportunum, propter quietem, & ſolitudinem, & ad partem pęnitentiæ facere, de ſomno ſibi detrahere, ut præ aliis monet Ambroſius *t*, & nec tempore quietis vacare à gemitu. *Plorans ploravit in nocte, & lacrymę ejus in maxillis ejus u*, & qui vult indulgere fletui, de die noctem facit, obſcurum quærens, ac veſtiens etiam omnia obſcuris nigriſque ſed & ita comparatum eſt, ut nocte affligantur magis triſtibus cogitationibus, quos morbus, aut metus angit.

Tempus noctis ad lacrymas magis opportunum & ad partem pænitentiæ facit de ſomno ſibi detrahere. t 2. de Pænit. ca.11. u Thren.1.2.

My-

Myſticè Auguſtinus *noctes* interpretatur delectationem carnis, quam cogimur experiri, quamvis lucem veritatis percipiamus, ut ſit veluti alternatio in hac vita diei noctiſque. Gregorius, tenebroſas cogitationes; Hieronymus *a*, tribulationes. Iidem Gregorius, & Auguſtinus ſingulis noctibus volunt innui diſtinctum de ſingulis peccatis dolorem. Per *lectum* idem Auguſtinus pari ſenſu myſtico voluptatem, & omnem ſæcularem delectationem intelligit, à qua qui ſe conatur extrahere lavare lacrymis cenſetur; Gregorius, conſcientiam, & ſtratum, quod vilius eſt, carnem, cujus maculæ quoque plorando diluantur, Ambroſius *b*, corpus in quo jacet anima.

Myſtica Auguſtini interpretatio. Gregorii & aliorum. a in Iſa.c.26. b in c.5 Luc. & 3. de Virginibus.

Verumtamen præciſis myſticis, in litterali ſenſu hyperbole continetur, quum lavari lectus dicitur, aut natare, (quod ſignificat שחה *ſachah*, ita ut fluctuare videatur ſponſa ipſa; vel macerari, ut quæ in aquis aliquandiu retinentur, ac emolliuntur:) & ſtratum rigari lacrymis: quemadmodum & quando Jeremias *c*, *fontem* optabat *lacrymarum*; & rurſus David *d*, aſſerebat *exitus aquarum deduxiſſe oculos ſuos*; *lacrymas e*, ſibi *panes* fuiſſe *die, ac nocte*: Magdalena narratur lacrymis rigaſſe pedes Chriſti *f*. Lacrymarum pœnitentis, & amantis Deum, & compatientis alienis miſeriis: timentis, ut ait Gregorius *g*, æternas pęnas, & ad cęleſtia præmia ſuſpirantis, quod appellat *irriguum inferius, & ſuperius h*, ſicut & Auguſtinus *i*, harum, inquam, lacrymarum, ſive dolentis, deſiderantis, gaudentis, laborantis in exercitatione virtutum, omiſſis lacrymis æternæ damnationis, utilitas, lauſque magna, ut Eccleſiaſten declarans docui. Merguntur hoc veluti mari *k*, peccata, fitque ad cęlum via ſine impedimento *l*: evehunt tamquam Diluvii *m*, aquæ, ut Nazianzenus *n*, docet arcam, aut etiam lectum noſtrum, ac nos ipſos. Pro amiſſa benedictione temporali Eſau irrugit fletu maximo *o*. Pro Siceleg igne ſuccenſa, abductiſque uxoribus & filiis in captivitatem planxerunt David, virique ejus, donec deficerent eis lacrymæ *p*; audito nuncio exploratorum, de Terræ promiſſionis aditu difficili, flevit omnis turba nocte integra *q*, multo meliùs qui ad Angeli ſermonem, exprobrantis ingratitudinem, elevata voce fleverunt relicto loci nomine, ut diceretur *locus flentium*, ſive *lacrymarum r*. *Regem dedecere lacrymas* dicitur *ſ*, videlicet pro privatis calamitatibus, & ne dejici de conſtantia videatur. At nil magis regium, quàm pro Regis regum offenſa plangere.

Hyperbole in litterali ſenſu. c cap.9.1. d Pſ.118.136. e Pſ.41.4. f Luc.7.38.44. g l.6. ep.23. & 3. Dialog. cap.34. h Joſu.15.19. i l. Meditat. cap.36. Lacrymarum utilitas. k Exod. 4.27. l Sap. 19.7. m Gen.7.17. n Orat.3. o Gen.27.34. p 1. Reg.30. 3.4. q Num.13.1. cap.14.39. r Judic.2. & ſeq. Regem dedecent lacrymæ, & quomodo. ſ Citatur Eurip. & Ir. Nil magis regium quam pro regis regum offenſa plangere.

Deliri in Belgio ſuperiore ex Anabaptiſtis ejulantes ita nominantur, teſte Staphylo, quòd putent nihil eſſe devotionis perinde gratum Deo, atque lacrymari, & ejulare perpetim. Oppoſitus videri error poteſt Lutheri, ac Sectatorum ejus, qui ad pænitentiam requirunt duntaxat contritionem, qui ſit error ex minis legis; & fidem ex Evangelii promiſſis conceptam; vel ſummum, tertiam partem conſiſtentem in nova obedientia, ſatisfactionem penitus rejiciunt: contritionem non pertinere ad Evangelium, nec eſſe liberam actionem, ſed meram paſſionem immiſſam à Deo. Quis autem modus, menſura, intenſio debeat eſſe contritionis, hæcque in quo conſiſtat non eſt præſentis loci definire. Non ſemper judicium certum externo gemitu, lacrymiſve. Triplici peccata lavacro abluuntur, *Lacrymarum, Baptiſmi, Sanguinis*, ſive Martyrii.

Ejulantes ex Anabaptiſtis qui cognominati. Lutheri error & ſectatorum ejus.

Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis, &c.] *Imbrem lacrymarum* hyperbolicè uſurpant etiam prophani; & Pauſanias *t* lacrymas uxoris Phalantum ait pro imbre intellexiſſe in eo oraculo quo Tarentum occupavit. Denique hac ipſa dicendi forma uſus eſt Homerus *u*:

Αἴξομαι εἰς εὐνὴν, ἥ μοι στονόεσσα τέτυκται
Αἰεὶ δάκρυσ' ἐμοῖσι πεφυρμένη.
In lecto qui dat ſuſpiria multa cubabo,
Quemque meis lacrymis largo velut imbre rigavi.

Mutuati ſumus iſta ex Joannis Bochii obſervationibus.

t in Phocicis. u Odiſſ. p.

Stratum meum.] Lectus, Græcè κλίνη, Hebraicè מטה *mittah*, ſtratum στρωμνή & ערש *hheres* dicitur. B. Thomas licèt pro eodem ſumantur hæc duo, ait ſecundùm proprietatem (quod prior annotaverat Caſſiodorus) ſtratum eſſe pannos, qui ſternuntur in lecto: lectum, id, quod ſubtus ponitur, ut ſtramina, & ſimilia: Lavare lectum, eſſe ſurgere; ac juxta lectum appodiando ſe plorare: rigare ſtratum, jacendo in lecto, perfundere pannos lecti lacrymis. Ex Hebræo מטה *mittah* nata videtur vox *mattę* vulgo *matterazzo*, & aliter *culcitra*, & notatio Hebræa eſt à נטה *natah*, quòd quis ſe ſuper lectum extendat. Lectus, ſive ab alliciendo ad quietem: ſive quòd lectis herbis, frondibus, ſtraminibus, &c. fieri ſoleat *x*: à Græco quoque vetuſto nomine λέκτρον deduci poteſt. Stratum pro ſtragulo, quod inſternitur, ut in lecto jacente operiat, ſumitur, licèt pro lecto etiam ipſo, quem lectum interpres aliquando ponit *y* loco vocabuli Hebræi ערש *hheres*, aut grabatum *z*, ſtragulam veſtem, vel operimentum ſignificat στρωμνή.

B. Thomæ interpretatio. Stratum, lectum; lavare lectum, rigare ſtratum, quid ſint. Ex Hebræo mittah nata vox matta. Lectus unde dictus. x Varro de lingua Latina. Stratum pro ſtragulo, pro lecto. y Pſ.40.4. Deut.3.11. Cant.1.16. z Amos 3.12.

Non video cur Oſorius referat rigationem ſtrati ad diem, & non etiam ad noctem, eo modo quo de illa lavatio lecti intelligitur; etſi viderim ego ſine ſtragulis lectulos in tricliniis, non ad convivandum, ſed ad conquieſcendum. De vetere vario lectorum genere, & cubicularium, & triclinarium, ſive Diſcubitoriorum lege Pollucem *a*, Rhodiginum *b*, Pradum noſtrum *c*, Raderum *d*.

Oſorius rigationem ſtrati referens ad diem. De vetere vario lectorum genere conſulendi auctores. a l.6. cap.1. b l.2.26. cap. 29. l.27 c 25 c Ezech. 23. verſ.41. d in 14. l. Martialis epig. 75. vel 85. l.5. epig. 59. vel 65.

Rigabo.] Plus eſt rigare, quàm lavare, penetrat enim rigatio ad intima. Alii, *liquefaciam*, vel, *liquefacio*, aut *Madefaciam*, aut *Diſſolvam*, aut *Tabefaciam*, à verbo מסה *maſach*, vertitur alibi per *liquefacere e*, & *tabeſcere f*. Anima ſine lacrymis eſt *ſicut terra ſine aqua g*, ſterilis: illæ verò ſunt ſicut *irriguum duplex*, de quo meminimus. Quando hortatu Samuelis, populum pænituit, hauſtam aquam effuderunt in conſpectu Domini, jejunantes, dicenteſque ſe peccaſſe Domino *h*. Hujus facti ad rem ratio illa facit, quam Rabbi Oziel affert, ut eſſet lacrymarum Symbolum, quas profiterentur ſibi deeſſe. Chaldæa paraphraſis habet, quòd impleverunt aquas, & effuderunt cor ſuum in pænitentia ante Dominum. Sic etiam admonet David *i*, effundere coram illo corda noſtra, delicatorum ac laſcivientium in lectis eburneis *k* & ſtratis, lectos in dolore; ſtrata verſabit Deus in infirmitate *l*; Paulus per triennium nocte & die non ceſſabat monere alios *m*, & Jeremias fonte lacrymarum deflebat continenter interfectos populi ſui *n*, & Sacerdotes *o*, & Paulus *p*, & Samuel *q*, & Job *r*, & Iſaias *ſ*, & Daniel *t*, & Joſeph *u*, Micheas verò, quoniam abſtulerunt ei Deos ſuos *x*, Chriſtus *y*, quid nos pro noſtris facere peccatis oportet? *Indurata ſupra petram facies z*, ex qua lacrymarum nequeunt aquæ elici, licèt bis percutiantur *a*, à rerum externarum jactura damnoque, internis etiam damnis. Qui continent intra ſtomachum vapores noxios ita ut propulſi ad cerebrum, ibique denſati, ac frigefacti non reſolvantur in lacrymas, graves contrahunt morbos apoplexiæ, paralyſis, &c. ita qui ad pias lacrymas difficiles ſunt, conflictantur animi morbis. Nil areſcit citiùs lacrymis, ideò frequentanda lacrymatio, neque confidendum poſſe placari Deum una lacryma, quam oculos tenendo vix vi, ut eſt apud Comicum, expreſſerimus.

Plus eſt rigare quam lavare. e Pſ.147.17. f Pſ.38.12. g Pſ.142.6. h 1. Reg.7.6. Interpretatio loci Regum. i Pſ.61.9. k Amos 6.4. l Pſ.40.4. m Act.20.31. n cap.9.1. o Joelis 2.17. p Rom.9.2. q 1. Reg.16.1. r c.3.25. ſ cap.22.4. t c.10.2. u Gen.42.30. x Jud.18.25. y Jo.11.35. Hebr.5. z Jer.5.3. a Num.20.11. Comparatio.

Attamen vel unius vis lacrymæ permagna, ſi proficiſcatur a Juſto, & qui Deo ſit conjunctus. Dum contra matrem ſcripſiſſet Antipater Alexandro multa, reſpondit, ignorare videri Antipatrum, quòd una matris lacryma deletura multas eſſet Epiſtolas. Decidit pluvia ſępè poſt tonitrua, fulgura, fulmina: ſic lacrymę non ſine plangore, & ejulatu *Deleantur, ut nubes, iniquitas, ut nebula peccata b*, per Auſtri flatum, & ardorem Solis. Et verò longè feracior cœleſtis ſed pluvialis aqua, teſte Philoſopho *c*, quam fontium, fluminum, &c. hoc eſt, quæ ex divinis concipiuntur lacrymæ cauſſis, quàm ex humanis.

Vis unius lacrymæ per quem valeat. Reſponſum Alexandri ad Antipatrum. b Iſa.44.22. c 7. de Hiſt. Animal.

Porrò ex ſupplici ploratione in lecto ipſo colligit Auguſtinus *d*, non eſſe præſcriptum, quomodo corpus conſtituatur ad orandum, dummodo animus Deo præſens peragat intentionem ſuam: non ſolùm ſtando, & genibus flexis id fieri poſſe, verum etiam jacendo; & quum quiſque orationem quærit, collocare membra, ſicut ei occurrerit, accommodata pro tempore poſſit corporis admovendum animum; quum non quæritur, ſed infertur appetitus orandi, hoc eſt, quum aliquid repentè venit in mentem, quo ſupplicandi moveatur affectus gemitibus inenarrabilibus quocumque modo invenerit mentem, non eſſe differendam orationem, ut quæramus qui ſedeamus, aut ibi ſtemus, vel proſternamur, quia gignit ſibi mentis intentio ſollicitudinem, & ſæpe etiam obliviſcitur ſe vel ad quam cœli partem vel in qua poſitione corporis membra illud tempus invenerit. Hactenus utile monitum Auguſtini, ex quo præterea, quum alibi docerem in omni loco adorari, tolli puras in oratione manus, benedici Domino in omni loco dominationis ejus poſſe; attuli ejuſdem apologiam pro

d 2. ad Simplic. q.4. Utile monitum Auguſtini.

Licen-

Licentio *a*, quem Monica ægrè ferebat, neſcio quid ex Pſalmis decantare in ipſis requiſitis naturæ.

a l. de Ord. cap. 8.

Chryſoſtomus *b*, non ſolùm non eſſe loci, ſed nec temporis habendum neceſſariò ad orandum delectum docet. Quin tamen religioſiùs in locis, ac temporibus ſacris colatur Deus, negari non poteſt, & id ille non ſemel tradit.

Chryſoſtomi ſententia, de delectu loci ac temporis habendo ad orandum. b *Tom. 3. Ephren. Or. adverſ. Hær.*

Verſ. 8.] Turbatus eſt à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

NOn ſola morbi vis dolorem elicit, ad lacrymas uſque largiſſimas ſimul cum recordatione peccatorum meorum, & contemplatione ſeverioris vindictæ tuæ: ſed quum video inimicos lætitia geſtire propter calamitates meas, & nova ſemper in me moliri, atque peccandi cauſſas proponere, triſtitia & indignatione contabeſco, ipſique oculi ad ejuſmodi viſionem exeduntur: atque deficiunt, & præ macie illi caligant & langueſcunt, vultuſque corrugatur & contrahitur, ut in florida ætate videar invalidus ſenex. Vel eſt deſcriptio major fletus, de quo dixit, ut inde toti turbati ſint oculi, facieſque & propterea deſloreſcente iſta, cenſeri potuerit ſenior ab inimicis, & hoc nomine deſpici tamquam imbecillus, & conſumptus ſenſu, viribus, judicio. Ita quidem declarat Trevet, nec mihi diſplicet Euthymius quoque, veteraſcentium veſtimentorum inſtar neglectum, ac vilipenſum ab inimicis fuiſſe: item debiliores, ut ſunt ſenum, vires habuiſſe. Theodoretus inimicorum exprimit acriora convitia, quæ conſumant, liquefaciant, immaturam ſenectutem afferant.

Trevet, Euthymi & aliorum expoſitio.

Quod attinet ad *furorem*, Euſebius conſentaneè ad initium Pſalmi, putat Davidem de turbatione ſua loqui, ob furorem iramque divinam contra ſe: quam ideirco poſcat remitti, quia diu jam vexatus fuerat ab inimicis, velutique conſenuerat apud illos. Videntur conſentire Theodorus, Theodoretus, Chryſoſtomus, Euthymius, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, Caſſiodorus, Innocentius III. B. Thomas, & alii, B. Thomas adhuc ait turbationem eſſe propter furorem Abſalonis, & conſiliariorum ejus contra ſe: vel tertiò de proprio furore contra ſua peccata: quod etiam placet Carthuſiano, Nyſſenus explicat de furore & ira, qua ipſe nimium exarſerit in adverſarios, hoc modo nonnihil peccando. Idem tradit Joannes Climacus *c*, nec non Gregorius *d*, & Auguſtinus *e*: ſaltem Gregorius turbationem in ira, etiam bona, eſſe dicit: quatenus perturbat oculum contemplationis, & cordis tranquillitatem. Favet nonnihil Chryſoſtomus *f*. Per accommodationem ferri poſſunt hi ſenſus: propoſito haud ita congruit ultima expoſitio: nam deprecando iram Dei, non iræ ſuæ peccatum proponeret, ſed alia multo graviora. Quod initio diximus, veriſimiliùs videtur. Nec tamen adeo ineptum judico, ut Caſſiodorus, ſi qui flevit peccata, adverſus eadem turbari dicatur indignatione. Potuit & reſpectum habuiſſe ad furorem futuri judicii.

Euſebii & aliorum.

c *Gradu 8.* d *l. 8. Ep. ep. 51. l. 9. ep. 40* *Ad quæſtio. Auguſt. c. 10. 5. Moral. c. 35.* Turbatio in ira etiam bona contingit. e *lib 50. hom. hom. 42.* f *hom. 17. in ep. ad Hebr.*

Turbatus eſt a furore oculus meus.] Hieronymus: *Caligavit præ amaritudine oculus meus.* Felix eodem modo, vel, *Corroſus*, aut *obtenebratus eſt præ dolore*. Vatablus: *Caligavit præ ira*, vel contabuit, putruit, tamquam à tineis corroſus eſt, ideſt, nitorem ſuum amiſit. Aut *oculum* ſumendo pro facie, facies facta eſt ſimilis panno à tineis corroſo, vel cadaveri, evaſit tabida, ſenium contraxit, deformata eſt, & obſcurata præ indignatione, qua indignor, quòd lætentur inimici de morbo meo. Pagninus: *Eroſus eſt præ indignatione oculus meus:* Cajetanus, *Tineavit ab ira tua*. Pronomen de ſuo addidit; quod Hieronymus quoque in Commentario videtur legiſſe. Verbum עשש *hhaſchach*, *rodere* ſignificat, unde עש *hhaſch*, *tinea*, ab arroſione. Reddit in alio Pſalmo *g*, Interpres idem verbum eodem modo: *Oſſa mea conturbata ſunt;* ἐταράχθησαν, עששו *hhaſchechu*. Hieronymus, *contabuerunt*: Chaldaice, *Membra mea præ conſumptione denigrata ſunt*. Aquila habet, αὐχμώθη, *ſqualuit*, *æſtuavit*. Symmachus ἐφλεγμάνεν ἀπὸ πικρασμοῦ. *Languit ab amaritudine*. In Pſal. 87. *h Oculi mei languerunt præ inopia.* Dolor, cum lacrymis præſertim permixtus, reddit oculum, vultum, totum corporis habitum, carioſum, tabidum, deformatum, ſenilem, cadaveroſum. Nomi-

Variæ interpretationes. g *Pſ. 30. 11.* h *verſ. 10.*

A In כעס *chabhas* denotatur non ſimplex tantùm ira, ſed vel activè provocatio, irritatio, extimulatio; vel paſſivè indignatio, perturbatio, mœſtitia, dolor, &c.

Turbatus eſt à furore oculus meus.] Quaſi dicat fontis aquam turbatam. Nam eodem nomine עין *hain* & *oculus* & *fons* appellatur, eſtque oculus naturæ humidæ, atque humor cryſtallinus ineſt oculo, ut in fonte aqua.

Oculus accipitur pro facie, ſicut hæc vice verſa pro oculo: *Facies mea*, inquit Job *i*, *intumuit à fletu*, & *palpebræ meæ intumuerunt*: Ubi Pagninus: *Facies mea fædata eſt luto propter fletum*. Alii: *Facies meæ lutificatæ ſunt*: vel, *Facies mea lutulenta facta eſt*, *quaſi ſi luto infecta eſſet*. Similis præterea ſententia in Pſalmo trigeſimo *k*: *Conturbatus eſt in ira oculus meus*. Hebraicè iiſdem verbis, quibus hoc loco עששה בכעס עיני *hhaſcheſchah becahhas hheni*. Hieronymus: *Caligavit in furore oculus meus*. Differentia eſt in præpoſitione ב *be* pro מין *min*. Rurſus in eodem Job *l*: *Caligavit ab indignatione oculus meus*, & *membra mea quaſi ad nihilum redacta ſunt*. Inter כעס *chabhas*, quæ eſt *ira*, & כחש *chachaſch*, quæ B *habitu o*, paronomaſia quædam cernitur. Tale & illud Catulli *m*,

Oculus pro facie: & facies pro oculo. i *c. 16. 16.* K *verſ. 10.* l *cap. 17. 7* m *Ad Manlium.*

Mæſta neque aſſiduo taleſcere lumina fletu
Ceſſarent, triſtique imbre madere genæ.

Quapropter nil commoveamur, quo minus ad litteram turbationem iſtam oculi à furore intelligamus, quòd id ſine rabie non poſſit eſſe, ut ratiocinatur qui Hieronymi gerit nomen Auctor Commentarii. Præterquam quòd *furor* interdum dolorem, & animi ægritudinem ſignificat, & *dolor* ſumitur pro ira. Myſtica ejuſdem & aliorum expoſitio eſt de oculo mentis.

A furore.] Præpoſitio, *à*, & Hebræa מ *min*, crebrò valet *propter*; ut *Elongaſti n*, *à me amicum*, & *proximum*, & *notos meos à miſeria*; & *o*. *Genua mea infirmata ſunt à Jejunio*. Idem ferè eſt quando ponitur pro, *præ*, & importat comparationem. Significatur autem vel furor divinus, quem expertus erat, & timebat, præcipuè Judicii generalis: vel quo ipſe contra ſe peccator indignabatur ſive interiùs, ſive etiam exteriùs: vel quo ſui adverſus ipſum furebant inimici: vel quo rurC ſus ipſe contra illos.

præpoſitio *à* pro *propter* ut *min* Hebræorum; Etiam pro *præ*. n *Pſ. 87. 19.* o *Pſ. 108. 24*

In veteravi inter inimicos meos.] Hieronymus: *Conſumptus ſum ab univerſis hoſtibus meis*. Pagninus: *Inveteravi inter omnes anguſtiatores meos*, ideſt, *propter*. Quam dictionem exprimens Vatablus, vertit eodem pacto, exponitque de oculo, qui evanuerit, obtenebratus ſit, conſenuerit, amotuſque ſit propter eos, qui anguſtiis eum affecerunt. Felix: *Inveteravit inter omnes tribulantes me*, vel, *conturbatus eſt*. Cajetanus, *Inveteravi in omnibus anguſtiis meis*. Aquila Μετήρθην ἐν πᾶσιν ἐγγισμοῖσίν με; *Tranſlatus ſum in omnibus illigantibus me*. Symmachus, ἐτριβάνθην διὰ τοὺς θλίβοντάς με. *Conſumptus ſum propter eos*, *qui tribulant me*. Eſt quidem Hebraicè tertia perſona referens oculum עתקה *hhathekah*, ſicut priùs עששה *hhaſcheſcha*. Sed quòd membro convenit, toti tribui ſolet: ideoque LXX. & Hieronymus rectè poſuerunt primam perſonam, & Hieronymus pro, *inveteravi*, reddidit, *conſumptus ſum*.

Quod enim antiquatur *p*, & ſeneſcit, ait Apoſtolus, prope interitum eſt.

p *Hebr. 8. 13*

De litterali ſenſu ſatis antea dixi: nam *inveterare inter inimicos*, eſt propter perſecutiones illorum conſeneſcere et conſumi, ita ut moriatur quis in tempore non ſuo *q*: vel deſpiciatur tamquam invalidus fractuſque tum viribus, tum judicio: vel non recentes, ſed antiquos habeat perſecutores. Jeremias *r*, ut afflictionem exaggeret, lamentatur vetuſtam factam pellem, et carnem ſuam: et David, *Inveteraverunt* ſ *oſſa mea*, *dum clamarem tota die*.

Inveterare inter inimicos, quid ſit. q *Eccl. 7. 18* r *Thren. 3. 4* ſ *Pſ. 31. 3.*

Myſticus ſenſus eſt de vetuſtate, ſeu vita veteris hominis, quæ facilè contrahitur, ac reperitur ab iis, qui renovati erant, dum verſantur inter inimicos, et impiis vel ſignificatur, ut placet Gregorio *t*, vetus conſuetudo peccandi, eo quòd malignorum ſpirituum, qui ſunt etiam veterani, et callidi adverſarii, ſuggeſtiones repulſæ non fuerint. Idcirco renovatio nobis neceſſaria de die in diem *u*, quotidie, ait idem Pater, ab hac vetuſtate renovandi ſumus, invigilando per ſtudium circumſpectionis, orando, legendo, bene vivendo. Lege apud illum cetera *x*.

Myſticus ſenſus. t *in Comme. & 19. Mor. cap. 27.* u *2. Cor. 4. 16* x *19. Mora. cap. 27.*

De vetuſtatis in bonam malamque partem acceptio-

ptione diſſerit Chryſoſtomus *a*, Gregorius *b*, Auguſtinus *c*, qui etiam de renovanda juventute inſtar aquilæ *d*. Applicet ſibi quiſque ethico ſenſu verba Baruch *e*; *Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum es? inveteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis ſempiternis.*

Vetuſtatis in bonam malamque partem acceptiones. a *Hom. 15. in 1. ad Cor.* b *in proximè citato loco, & l. 24. cap. 4.* c *in Pſ. 102. 5* e *cap. 3. 11.* f *in Pſ. pan.*

Spiritualis incommoda ſenectutis; ob defectum viſus, auditus, guſtus, facultatis motricis, memoriæ, ac rationis ipſius, & propter propinquum vitæ finem piè ſatis & doctè Pepinus *f*, perſequitur poſt Hugonem. Vetuſtatis octo genera colliguntur ex ſacris litteris: Prima eſt naturalis conditionis, ut ſenectus in homine. *Omnes ſicut veſtimentum veteraſcent g*: Secunda, humanæ propter Adæ peccatum corruptionis, qui dicitur à Paulo *vetus homo*, *h* cui novus *i*, opponitur, & nova creatura *K*; Tertia, ignorantiæ, quam Iſaias *l*, *veterem* nominat errorem: Quarta, vitæ, ac morum quos Chriſtus *utres veteres* appellat *m*: Quinta, culpæ, à qua Daniel *n*, cognominavit *inveteratos dierum malorum*: Sexta, amicitiæ, quæ laudatur ab Eccleſiaſtico *o*, vetante derelinqui antiquum amicum: Septima, legis, quæ appellatur etiam *vetuſtas litteræ p*, contraria novitati Spiritus apud Paulum: Octava, æternitatis; vidit enim Daniel *q*, *Antiquum dierum*, valdeque ſenem.

Vetuſtatis octo genera ex Sacris Scripturis. g *in Pſ. 101, 27.* h *Rom. 6. 6. & alibi apud eumdem.* i *Eph. 4. 24.* k *Gal. 6. 15.* l *cap. 26. 3* m *Matt. 9, 17* n *c. 13. 52* o *c. 9. 14* p *Rom. 7. 6* q *cap. 7. 9* r *Odyſſ. 7*

Inveteravi inter &c.] Vetus parœmia, *Anno ſenior fio*, ut cecinit Homerus *r*;

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.

Repente enim in malitia, ideſt, calamitate, *mortales ſeneſcunt*, & Theocritus,

Οἱ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι.

Amantes, ſeu deſiderantes, *in die* (uno) *ſeneſcunt*. Citat præterea Bochius ex Euſtachio ſ, Comicum; qui annum vidit præ dolore canam die una factam; & ex Ariſtophane *t*. Quomodo autem hic citetur verſus, quod ille ait, Matth. 7. & Luc. 13. equidem non reperio.

ſ *in Odyſſ. 7.* t *in Ranis.*

Verſ. 9.] Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Verſ. 10.] Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam ſuſcepit.

GRATIAS agit Deo canens epinicion, & inſultat adverſariis, qui conclamatam ſanitatem ipſius putabant, & forſan prætextu amicitiæ viſitabant ægrum, quem extinctum cupiebant, tum etiam qui credebant deſertum à Deo, & regni ſpe recuperandi excluſum, atque victoriam obtinendi: denique afflictum ex morbo, aut alia ærumna, irridebant, & juſta pati dictitabant. *Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt*, & *ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt u*. Item: *Etſi ingrediebatur*, *ut videret*, *vana loquebatur*, *cor ejus congregavit iniquitatem ſibi x*. *Inimici mei dixerunt mala mihi*, *quando morietur*, & *peribit nomen ejus y?*

u *Pſ. 68. 27* x *Pſ. 40 7* y *ib. v. 6*

Longiùs ablegat eos à ſe, qui irridendo, exprobrando, convitiando, ad peccandum, & deſperandum ſollicitabant: & quum de ipſo actum crederent, ſibi eorum qui graviter peccaſſent in illum, pollicebatur impunitatem, contra opinionem, & deſiderium inimicorum exauditum ſe ter inculcat, gaudii, & exultationis magnitudinem teſtificans, ut Auguſtinus notat, Gregorius *z*, Caſſiodorus, & alii.

z *5. Mor. c. 37*

Facilis hic omnibus placet ſenſus. Nonnulli de quibus in expoſitione Argumenti memini, poſteriorem Pſalmi hanc partem recuperata jam valetudine, compoſitam credunt. Nil opus eſt moræ tanta interpoſitione: ſed eodem tempore Poeta ſcribendo diverſa tempora deſcribere poteſt, ſive poſt victoriam, ſive poſt valetudinem ſcripſerit, ſive in morbo aut bello ſpem conceperit. Lyranus exauditionem cognitam à David tunc ait, quando Gad prædixit, & præcepit ut altare ædificaret in area Areuna *a*, ſive Ornam *b*: præterea quum deſcendit ignis de cælo ſuper holocauſtum *c*.

Magis acceptus ſenſus. Nonnullorum ſententia. Lyrani interpretatio. a *2. Reg. ult. 18* b *1. Par. 21, 18* c *1. Par. 21 26*

Recedit à communi ſenſu Heſychius aliquantulum, dum declarat exaudiri illico eos, qui ab operantibus iniquitatem vel hominibus, vel cogitationibus, recedant. Perſpicuè ſignificat David, ſed poſtquam, & quia exauditus ſit nuncium remittere inimicis. Quod ſpiritualiter transferri poteſt ad Dæmones, & quamlibet peccandi occaſionem, quam juſtificati cavere, & quoad licet, removere debemus, ut Origenes *d*, Baſilius *e*, Chryſoſtomus, Gregorius, & alii docent, ut ne cibum quidem cum improbis ſumamus *f* nec eis *Ave* dicamus *g* ſed etiam chariſſimos, haud aliter quàm manus, pedes, oculos, eruamus, & amputemus *h*, ne quod priùs accidit, inter eos inveteraſcamus, aut jam lotos pedes inquinemus *i*: *Ne amici ſtultorum*, *ſimiles illorum efficiamur* k; *Communicantes ſuperbo*, *induamus ſuperbiam* l: *Modicum fermentum totam maſſam corrumpat* m: *Corrumpant mores bonos colloquia mala* n: Monet quoque Apoſtolus non commiſceri cum talibus *o*. Joſaphat rex Juda pius ob ſocietatem cum Achab impio rege Iſrael, & acriter à Propheta reprehenſus eſt, & amiſſione claſſis punitus *p*. De Furſeo viro ſancto Beda meminit *q*, quòd accepiſſet pannum dono à quodam impio, ea mente, ut inde caperet opportunitatem illum convertendi, per totam vitam paſſum aduſtionem faciei, & inſignem in eadem deformitatem.

Heſychii receſſus à communi ſenſu. d *in Caten.* e *Reg. 2. 97 ex brevib.* Ut ſint omnino vitandi improbi. f *1. Cor. 5. 11* g *2. Joan. Epi. verſ. 10. 12.* h *Matt. 18. 8* i *Cant. 5. 3* k *Prov. 13. 20* l *Eccl. 13. 1* m *1. Cor. 5. 6* n *infra 15. 33* o *1. Cor. 5. 9 11* p *2. Paral. 18* De Furſeo viro ſancto quid narrat Beda. q *2. Hiſt. Angl. c. 10*

Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.] Utitur Chriſtus *r*, verbis ſimilibus. Pro *iniquitate* mendacium Chaldæus ponit שקר *ſcekar*. Intelligit perſecutores ſuos, qui multa contra ipſum calumniabantur, multa contra Dei juſtitiam, & providentiam blaſphemabant. Aliquando dum jubemus aliquem abire, ſignificamus nos quod petit, concedere, ut, *vade*, ait regulo Chriſtus ſ, *filius tuus vivit*; *vade in pace t*, peccatrici, &c. Annæ *u*, Samuel: aliàs verò nos indignari ac repellere à conſortio, & amicitia noſtra, ut hoc loco Auctor noſter, & Chriſtus, ut dixi. Juvat etiam ſpirituali, & inviſibili adverſario noſtro Diabolo exprobrare, & indignari verbis externis, ſigniſque nec non abigere, & expuere in eum, quando impura & iniqua ſuggerit. Id Gulielmus Pariſienſis *x*, teſtatur nonnullis viris ſanctis profuiſſe. Ab externis tentationibus, & peccatoribus, loco ſeparari non ſemper poſſumus; alioqui oporteret nos de hoc mundo exire *y*, ſinunturque zizania cum tritico creſcere uſque ad meſſem *z*, & eſt amica & ſponſa, *ut lilium inter ſpinas a*. Quum licèt, ſeparari debemus exemplo Agnetis quæ proco dixi: *Diſcede a me pabulum mortis*. Notandum cum Hieronymo, quòd operantes, non qui operati C ſint, rejicit: poteſt enim qui operatus eſt reſipuiſſe. Notavimus id etiam priore Pſalmo.

r *Matth. 7. 23. c. 25. 41.* Aliquando jubemus aliquem abire, dum ſignificamus nos concedere quod petit, dicentes, *Vade*, &c. ſ *Ioan. 4. 51* t *Luca 7. 50.* u *1. Reg. 4 17* x *l. de Tent. & reſiſt. ca. 4. & 5* y *1. Cor. 5. 10* z *Mat. 13. 30* a *Cant. 2. 2* Agnetis exemplum.

Exaudivit Dominus vocem fletus mei.] Laboraverat enim in gemitu ſuo, & popoſcerat mederi infirmitati ſuæ. Sanctorum gemitus fletuſque habet vocem ſuam apud Deum, ſicut ſanguis. De hoc dixit Deus *b*. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me*. De illo auctor Eccleſiaſtici *c*: *Non deſpiciet vocem pupilli, nec viduam, ſi effundat loquelam gemitus*. *Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt*, & *exclamatio ejus* (nimirum per lacrymas, nec enim Græcè & pronomen ejus *ſuper deducentem eas?* (contra eum, qui injuriam inferendo, excutit illi lacrymas) *A maxilla enim aſcendunt uſque ad cælum*, & *Dominus exauditor non delectabitur in illis*. Judith indulgentiam cum lacrymis *d*, poſtulabat David iterum orans dicebat *e*: *Exaudi orationem meam & deprecationem meam*: *auribus percipe lacrymas meas*: Hortatur item Jeremias *f*, *Ne taceat pupilla oculi*. Hortatur Deus planctum in gaudium, & circumdat lætitia *g*. Triſtitiam vertit in gaudium *h*. Poſt lacrymationem & fletum eD xultationem infundit *i*: Convertit luctum, in gaudium *k*; *Qui ſeminant in lacrymis*, *in exultatione metunt l*: Aquæ amaræ dulces evadunt *m*, & igne cœleſti conſumuntur *n*: Jacob flendo, & rogando, *invaluit ad Angelum & confortatus eſt o*.

Sanctorum gemitus habet vocem ſuam apud Deum ſicut ſanguis. b *Gen. 4. 10* c *c. 35. 17. 18 19* d *Judit. 8. 14* e *Pſ. 38. 13* f *Thren. 2. 18* g *Pſ. 29. 12* h *Ioan. 16. 20* i *Tob. 3. 22* k *Jer. 31. 13* l *Pſ. 12. 5* m *Exo. 15. 25* *4. Reg. 2. 21* n *3. Reg. 18. 38* o *Oſea 12. 4*

Exaudivit Domini deprecationem meam.] Petierat eripi animam ſuam ab ærumnis, & à peccatis. Vult Caſſiodorus, Remigius, Thomas, Haymo, Innocentius, deprecationem reſpectum dicere ad mala removenda. Satiùs eſt hæc ut ſynonyma interpretari, nam quod Euthymius, poſtquam hoc ipſum docuit, addit adjectam δέησιν, προσδοχῶ, ne quis κλαυθμὸν fletum ſuſpicaretur fuiſſe ob miſerias ſolas externas, non eſt admodum probabile, ſi antecedentia ſpectentur, quodque lacrymarum ſæpe cauſſa ſoleat eſſe magis pia, & ſpiritualis. Vox Hebræa תחנה *thechinnah*, *ſupplicationem* ſignificat propriè, qua petitur, & imploratur חן *chen*, gratia, & clementia.

Dominus orationem meam ſuſcepit.] Hieronymus, *ſuſcipiet*, Hebraicè eſt יקח *iikach* futuri temporis & ſignificare potuit per hoc tempus, ſe, qui exauditus ſit, in po-

poſterum quoque ſperare eſſe exaudiendum: quemadmodum priùs dixerat, *laboravi,& lavabo,* ac *rigabo*, ad indicandam perſeverantiam, ut notant Titelmanus, & Auctor Catenæ. Nihilominus Chaldaicè habetur præteritum קבל *Kabbel;* et poſteriora verba æmulari ſolent tempus ac modum præcedentium: et, ut aliquoties monui, ad libitum Interpretum, verborum tempora variantur.

Orationem ſuſceptam, vel ut Innocentius legit, *aſſumptam* dicit, hoc eſt, acceptam, et gratam, quum ſcilicet antea dixiſſet, *Miſerere mei*. Nec tamen *orationis* vox de poſtulatione tantùm rerum bonarum ſumenda eſt, ut neque *deprecatio* de remotione malorum. Non etiam *ſuſceptio* indicat neceſſariò miniſterium Angelicum, alioqui ſatis crebrum in offerendis hominum orationibus *a*. Trinam repetitionem, lætantis animi indicem eſſe dixi, et nonnullam ad priora habitudinem includere. Gregorius per primam, ait indicare Davidem mundationem ab omni inquinamento carnis: et ſpiritus: per ſecundam, peccatorum remiſſionem: per tertiam, perſeverantiam in bono. Trinitatis quoque in his myſterium Caſſiodorus, Haymo, Thomas, Ludolphus obſervant; ſicut, inquit Thomas, innuitur in alio Pſalmo *b*: *Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus*. In ſeculari carmine Horatius *c*, quiddam videtur habere ſimile, pertinens ad certam exauditæ orationis fiduciam. Sic enim in fine canit:

Angelorum miniſteriũ in offerendis hominum orationibus. — *a Tob. 12. 12. Apoc. 5. 8. Dan. 9. 23.* — *b Pſ. 66. 8.* — *c l. Epodon. Ode ult.* — *d 2. de Ponto Eleg. 1.*

Hæc Jovem ſentire, Deoſque cunctos
Spem bonam, certamque domum reporto.
Doctus, & Phœbi chorus, & Dianæ
Dicere laudes.

Tale et illud Ovidii *d*,

Quod precor, eveniet; ſunt certa oracula Vatum,
Nam Deus optanti proſpera ſigna dedit.

Notavit hæc ante me Genebrardus.

Verſ. 11.] Erubeſcant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur et erubeſcant valde velociter.

METAM liberaliter exaudito, tantis affecto beneficiis, adeo magnificè vindicato, inſigni notabuntur ignominia inimici, terga vertent, ingenti pavore percellentur; ſuffundentur magno rubore, fruſtratos ſe ſpe, votiſque deprehendentes, de interitu meo, mutabunt, velint nolint, opinionem, atque vehementer, et quidem brevi pudefient. Sic nimirum quæ futuri temporis verbis exprimuntur Hebraicis & Chaldaicis, exponuntur Græcè ac Latinè per imperandi modos, quod aliàs perſæpe fit. Unde quoque colligitur non tam imprecationes, quàm vaticinationes eſſe, quæ ſpeciem præ ſe ferunt imprecationum. Sicut et in Pſalmo 34. 62. 108.

Euthymii & aliorum expoſitio. Alia Græcorum.

Quamquam ab hac expoſitione, quæ litteralior videtur, eſtque Euthymii, Auguſtini, Remigii, Innocentii, Thomæ, Cajetani etiam, et ceterorum recentium: alia Græcorum, de qua meminit idem Euthymius, et placuit etiam Hieronymo, Auguſtino, Gregorio, Caſſiodoro, Remigio, Haymoni, Innocentio, Thomæ, Brunoni, Dionyſio, Ludolpho, et aliis, eſt, ut contineatur hic oratio pro inimicorum converſione, ut injecta veluti manu, aut freno, revocentur, reſiliant, reprimantur, ne ultra procedant peccando.

Lyrani & aliorum. — *Nyſſeni.*

Lyranus has imprecationes refert ad Dæmonas. Valentia ſequitur eamdem interpretationem, præterea de Judæis, Tyrannis, et aliis inimicis Eccleſiæ. Origenes favet, et ſanè verum eſt, tantos hoſtes magno dedecore affici, quum ſuperantur etiam à pueris, et puellis. Nyſſenus eoſdem accipit inimicos, quos nono verſu faceſſere juſſerat, quaſcumque ſive res, ſive perſonas, ut eas veluti pudeat deinceps peccandi tentationes, occaſioneſve ſimiles ſuggerere. Nominatim exprimit inimicos ſenſus atque cogitationes, quas religioſius pudor tamquam multo dirimat, et diſcludat.

Erubeſcant.] Hieronymus, *Confundantur*. Si tropologicè velim agere, multa mihi ſe offerant de noxia, et ſalubri erubeſcentia, quæ attinguntur ab Innocentio, Thoma, et Pepino. Quòd bis hic repetitur, indicatur magna neceſſitas erubeſcentiæ bonæ, tum externæ, tum internæ. In primis parentibus, ab hac, quum ſe nudos viderunt, pœnitentia videtur ſumſiſſe principium. Contra pravam in confitendo erubeſcentiam copioſè diſputant Gulielmus *e*, Pariſienſis, Robertus *f* Sorbona, Hugo S. Victoris *g*, Bernardus *h*, & nos plura in Remediis luxuriæ, quum explicaremus hiſtoriam Samaritanæ. Similis eſt alia ſententia: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine* i. *Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gratiam, & gloriam k*. Væ habenti meretricis *l* frontem, nec volenti erubeſcere.

Ab erubeſcentia prima parentum pœnitentia videtur ſumſiſſe initiũ. — *e Tract. de Pœnit. c. 13. 14.* — *f l. de Itinere Paradiſi.* — *g Par. 2. eru. theol. miſcella. c. 100. 2. de Sacra. Par. 14. c. 1.* — *h Ad Milites templi ſerm. de S. Andrea. De Interio. domo c. 37.* — *i Pſ. 82. 17.* — *k Eccl. 4. 25.* — *l Ier. 3. 3.*

Conturbentur.] Sua dixerat oſſa conturbata, animam turbatam, turbatum oculum: meritò prædicitur illorum conturbatio, qui dictæ conturbationis auctores fuerant. Secundùm tropologiam requiritur ad pœnitentiam cum erubeſcentia conturbatio, atque ſevera contra ſeipſum indignatio; ut Gregorius docet *m*, reputantem ſecum quem tunc fructum in iis habuerit, in quibus nunc erubeſcit *n*.

m Hoc loco. — *n Rom. c. 21.* — *o epiſt. 135.*

Vehementer.] In Bibliis Græcis ac Latinis Complutenſibus, Regiis, & aliis deſideratur hoc adverbium σφόδρα. Hieronymus *o* concedit in textu Græco editionis vulgatæ non fuiſſe, tamen in Hebræo eſſe שעה *meod*, & omnes ſimiliter σφόδρα vertiſſe. Legit Euſebius, & alii Græci.

Litteralis ſenſus.

Convertantur.] Legit, *Avertantur retrorſum*, Caſſiodorus, & Innocentius. Hieronymus, *Revertantur*. Ad litteram ſignificatur, ut inimici, quod ait Euthym. retro abeant, nempè à pravis conſiliis, & conatibus, pudeat, ac pœniteat talia vel cogitaviſſe, non audeant in poſterum de talibus deliberare, terga vertant, ac defugiant, ſicut illi, quos Poeta *p*, memorat.

p 2. Aeneid.

——— *pars ingentem formidine turpi*
Scandunt rurſus equum, & nota conduntur in alvo.

Myſticus.

Myſticè *converſio* ſignificat veram pœnitentiam, & tranſmutationem de ſtatu peccati in ſtatum juſtitiæ, & gratiæ ſanctificantis; ita ut perverſa voluntas immutetur, ne contrahat jam cum habituali malitia etiam peccati conſuetudinem. Inter ſapienter dicta & facta Valerius Maximus *q*, illud refert de Cretenſibus, quum acerbiſſima execratione adverſus eos, quos vehementer oderunt, uti volunt, de mala conſuetudine delectentur, optant; modeſtoque voti genere, efficaciſſime ultionis eventum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeveranter morari, exitio, inquit Valerius, ea dulcedo vicina eſt. Non in hac certè re Cretenſes ἀεὶ ψεῦδεις, ſed ψεῦσται ſemper mendaces *r*, verum planè veraces.

q l. 7. c. 2. in fine. — *Apud Cretenſes quæ ſit ſumma execratio.* — *r Tit. 1. 12.*

Erubeſcant.] Elegans paronomaſia Hebræa eſt רגע & ישבו *Ievoſchu* & *iaſchuu*.

Valdè velociter.] Hebraicè hic deeſt, *valde*, unde videri poteſt à Græcis & Latinis poſita eo dictio in iſto pro priore loco. Nec eſt ſenſus: Valdè velociter, ideſt, velociſſimè, ſed, erubeſcant valdè, velociter, ideſt, erubeſcant valdè, & erubeſcant velociter. Hieronymus, *ſubito;* Aquila ἐξαίφνης *repente*. Utroque modo Felix, & in inſtanti. Hoc ſibi vult Hebræum יבשו *regahh*, & Chaldæum מאר *ſchabhah*, nempe Hebræum, *momentum*, punctum, & iſtans, breviſſimum tempus: Chaldæum, quod etiam reperitur apud Danielem *ſ*, *horam Impii in puncto ad inferna deſcendunt* t: *Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti*, *u*, quamvis Gregorius *x* accipiat pro *puncto linea*. Vertit etiam alibi Interpres, *ſubito y*. Subitaneus, veloxque interitus, Abſolonis *z* interitus fuit, indeque, et ex ſuſpenſione Achitophel magna confuſio nata *a*; tum præterea ex cæſis viginti millibus exercitus contrarii *b*, ut notavit Trevet, et Cajetanus.

ſ c. 4. 16. 5. 5. — *t Job. 21. 13.* — *u Job. 20. 5.* — *x l. 15. Mor. cap. 2.* — *y Job. 34. 20. Jerem. 4. 20. c. 18. 9.* — *z 2. Reg. 18.* — *a ib. c. 17.* — *b ib. c. 18.*

Moraliter, non tardandum converti ad Deum *c*: ne ſubitò; dum non ſperatur, veniat contritio *d*; et repentinus ſuperveniat interitus *e*. Scholion Græcum legit ἀθρόως, *confertim*, ſimul omnes, univerſè: videlicet nullo dempto cuncti convertantur, et erubeſcant. Talis alio in Pſalmo *f* locus: *Avertantur ſtatim erubeſcentes:* videlicet ut nec temporis puncto audeant prodire, ac in aliorum conſpectum venire, ſed ſeſe abdant, et publicum vitent.

c Eccl. 5. 11. — *d Iſa. 30. 13.* — *e Prov. 29. 1. 2. Theſſ. 5. 3.* — *f Pſ. 69. 4.*

PSALMUS SEPTIMUS.

TITULUS.

1 Pſalmus David quem cantavit Domino pro
verbis Chuſi filii Jemini.
2 DOmine Deus meus in te ſperavi: ſalvum
me fac ex omnibus perſequentibus me,
& libera me.
3 Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum
non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.
4 Domine Deus meus, ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas
in manibus meis.
5 Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam
meritò ab inimicis meis inanis.
6 Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat,
& conculcet in terra vitam meam,
& gloriam meam in pulverem deducat.
7 Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus
inimicorum meorum.
8 Et exurge Domine Deus meus in præcepto
quod mandaſti: & Synagoga populorum circumdabit
te.
9 Et propter hanc in altum regredere: Dominus
judicat populos.
Judica me Domine ſecundùm juſtitiam meam,
& ſecundùm innocentiam meam ſuper me.
10 Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges
juſtum, ſcrutans corda & renes Deus.
11 Juſtum adjutorium meum à Domino, qui
ſalvos facit rectos corde.
12 Deus judex juſtus, fortis, & patiens: numquid
iraſcitur per ſingulos dies?
13 Niſi converſi fueritis gladium ſuum vibrabit:
arcum ſuum tetendit, & paravit illum.
14 Et in eo paravit vaſa mortis, ſagittas ſuas
ardentibus effecit.
15 Ecce parturiit injuſtitiam: concepit dolorem,
& peperit iniquitatem.
16 Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit
in foveam, quam fecit.
17 Convertetur dolor ejus in caput ejus, & in
verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet.
18 Confitebor Domino ſecundùm juſtitiam ejus:
& pſallam nomini Domini altiſſimi.

Verſ. 1.] Pſalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chuſi filii Jemini.

HIERONYMUS reddit, ut quidem eſt in Bibliis Regiis, & Lyranus eſt: *Pro ignoratione*, vel, *ignorantia David, qui cecinit Domino ſuper verba Æthiopis, filii Jemini*. In editione namque Mariani Victorii eſt, ſicut nos habemus. Solùm ponitur, *Chus*, pro *Chuſi*. Miratur Eugubinus, Lyranum, id de Hieronymo affirmaſſe. Titulum enim, *Pro ignorantiis*, eſſe proprium Cantici Habacuc. Titelmanus contendit legendum, *Chus*, non, *Chuſi*. Aquila vertit Ὑπὲρ ἀγνοίας, *Pro ignorantia*. Symmachus, Ἀγνόημα, *ignorantia*. Ut præciſè quid ſibi Titulus velit, dicamus, hærendum in verbis editionis noſtræ, ac ſi fieri poſſit, docendum quo pacto cum illa congruant aliæ.

Titulus pro ignorantiis proprius Cantici Habacuc. Diverſæ lectiones.

Pſalmus David.] Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. *Ipſi David*. Pro Pſalmo Hebraicè eſt שגיון *ſiggaion* cum articulo לדויד *ledavid*, qui poteſt eſſe caſus Genitivus, & Dativus, ut aliàs dixi Chaldaicè תרגמא ראוריתא לדויד *Thirgama deronitha ledavid*. Interpretatio legis vel, ut alii legunt, דורואתא *Deodnautha* confeſſionis.

Quum conſtet hunc eſſe Pſalmum, de alia voce Hebræa dubitetur, aut ſcire quid ſit, haud ita neceſſarium, contenti fuerunt LXX. generali nomine Pſalmi. Quemadmodum, & in Titulo Cantici Habacuc eamdem vocem Hebræam ᾠδὴν interpretati ſunt; Hieronymus autem, *pro ignorantiis*. Quo loco quum idem refert vertiſſe Theodotionem Ὑπὲρ τῶν ἑκουσιασμῶν, *Pro voluntariis*, & iis, qui non ſponte delinquunt, fortaſſis malo codice uſus eſt, quum potiùs credendus ſit expoſuiſſe ὑπὲρ τῶν ἀκουσιασμῶν, *Pro involuntariis*, & iis qui non ſpontè delinquunt.

Vocis Higgaion ſignificationes.

Probabile cenſeo LXX. legiſſe הגיון *Higgaion* quod ſignificat in genere quamlibet *cantilenam*, aut ſimile nomen שגיון *ſiggaion* pro illo alio ſumſiſſe: nam & Pſalmo nono poſt verſum XVII. ubi eſt Heb. הגיון סלה *higgaion ſelah* tranſtulerunt ᾠδὴ διαψάλματος, ut in Bibliis Vaticanis extat, & Aquila μελῴδημα. Sed Hieronymus ibi, *meditatio*, ſemper Chaldaicè, *Gaudebunt juſti in æternum*.

Aliæ ſignificationes.

Hebræum vocabulum quidam ſignificare volunt muſicum inſtrumentum: nec non interpretationem confeſſionis Chaldaicè expreſſam, quaſi dicas, concentum hilarem, pæaniſmum, jubilationem, lætiſſimam exclamationem *a*. Alii exponunt genus carminis magis oblectans, non faciendo inſtrumenti mentionem *b*. vel tonum, & cantilenæ modulum, ſimilem ei, quæ inchoabat à Sigaion *c*.

a Hebraiquos Eugubinus ſequitur. — *b Genebrard, & Vatab.*

Tertia opinio.

Tertia opinio Hebræa voce ignorantiam ſignificante denotari Pſalmum, cujus argumentum contineat cauſſas humanarum rerum, quarum exitus incertus, ignotus, dubius etiam piis, ac proindè qui querimonia & elegia vocari poſſit, de errore culpave, quam imponerent Davidi *d*, ſeu de malis, quæ ignorans, ideſt, innocens pateretur juxta illud *e*: *Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoravi*. Meminit Chryſoſtomus unius lectionis: ὑπὲρ ἀγνοίας τῷ Δαυίδ: *Pſalmus pro ignoratione ipſi David:* & alteriùs ἀγνόημα τῷ Δαυίδ, *ignoratio ipſi David:* illam Aquilæ, Symmachi hanc eſſe prius retuli.

d Arias, & ex parte Cajetan. Faber & Pintus in c. 45. Ezech. — *e Pſ. 34. 15.*

Aliqui * præterea legunt: *In finem*, ſed falſum eſt quod ait Bruno, Hebraicè haberi *Victori*. Trevet, ignorationem David in hoc ait fuiſſe, quòd audita morte Saul Canticum fecerit, quamvis lamentando *f*, & pro hac culpa hic deprecari, quia viſus erat, licet occultè, lætari de alterius ruina, quod fieri non debet *g*. Nonnulli volunt denotari culpæ depulſionem, quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul; aut angorem & ſollicitudinem quam ſenſerit in conflictu cum Goliat, aut eam, qua ſtudebat Saul ipſum occidere, Euthymius, & Nicephorus indicant reprehendere Davidem ſeipſum, quod veluti amiſſa, vel intermiſſa ſpe in Deum, magis fretus fuerit conſilio Chuſi. Hieronymus, & Burgenſis purgare ſe, quòd ei mortem Saulis imputaſſet Semei *h*. Valentia, Cajetanus, Lyranus de crimine proditionis Idumæi, & quòd ejus occaſione occiſi eſſent octoginta quinque Sacerdotes à Doeg *i*.

** Tyrobeſc. Bruno, Valentia.* — *Brunonis lectio & aliorum, Treveti expoſitio.* — *f 2. Reg. 1. 17. & ſeq.* — *g Prov. 24. 17.* — *Aliorum Euthymii, & aliorum.* — *h 2. Reg. 16. 7. 8.* — *i 1. Reg. 22. 18.*

Cantavit Domino.] Chaldaicè, *Coram Domino*, קדם ייי *Kodam* ייי ſed *Koram* non ſignificat neceſſariò, in templo, et ante Arcam, ſed attentiùs proponendo Deum ſibi præſentem.

Pro verbis Chuſi.] Aquila, ut refert Hieronymus, *Pro verbis Æthiopis*, et Scholion refert, Αἰθίοπος. Videntur autem Hebraico more pro rebus verba ſumi, ſeu pro factis, negociis, judiciis. Chaldaicè, *ſuper interitum Saulis filii Cis:* ita ut videatur legiſſe Paraphraſtes non כושן *Chuſe*, ſicut Hebraicè habetur hoc loco, ſed קיש *kis*, quod eſt nomen Patris Saul, qui vocabatur, *Cis*, quaſi nomine patris intelligi debuerit ipſe filius. Eſt opinio hæc de Saul non paucorum, ut Hieronymi, Lyrani, Valentiæ, Treveti, Vatabli, Clarii, Flaminii, Bredembachii, Janſenii, Sà, Varlenii, Titelmani, necnon Bedæ *k*, et Pinti *l*.

Hebraico more pro rebus verba ſumpta. — *Qui de Saul interpretatur.* — *k li. 1. in Job. c. 10.* — *l in cap. 11. Dan.*

Rationem, cur dicatur *Chus*, aut *Chuſi*, ideſt, Æthiops, dant tetros mores et crudeles:

m Hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.

Oſorius, quia Chus filius fuit Cham ingratiſſimi filii Noe, et pater Nemrot ſævi Tyranni: quo utroque laboravit Saul vitio. *Æthiopis* quoque vocabulum ſumi pro *peccatore*, alibi oſtendi *n*, et conſtat ex Amos *o*, et ex Jeremia *p*. Arias intelligit per *Chus*, *Cis*, patrem Saulis: magnos enim, et primores, ac potentiores ad laudem aperte nominare; ad notam, diſſimulare, vel affine, ſeu

Ratio cur dicatur Chus aut Chuſi. — *m Hora. 1. ſer. Saty. 4.* — *Aethiopis vocabulum pro peccatore.* — *Ariæ expoſitio.* — *n Act. 8. 27.* — *o cap. 9. 9.* — *p cap. 13. 21.*